In sig̃atiōe electoꝝ sc. eius. oues ponūt: ꝑpt inocētiam. Electi autē oues dn̄i: q: imitatoꝛes sunt illius de quo dictū ē. Sicut ouis ad occisio-

nem ductus est. ℟. Cum ieiunasset dominus quadragita diebus et quadragita noctibus: accessit ad eum tentator ⁊ dixit si filius dei es dic vt lapides isti panes fiãt. Rñdit iesus et dixit non in solo pane viuit homo: sed in oi verbo qđ pcedit de ore dei. ℣. Et ecce accesserũt angeli ⁊ ministrabant ei. Respõdit. Lectio. ij.

Reprobi vero i significatione hedorum ponuntur: quia lasciuum ⁊ petulãs aial est ⁊ qđ in veteri testamẽto p peccatꝫ populi offerebat. Et statuet oues a dextris suis: hedos autem a sinistris. ℟. Derelinquat impius viam suã et vir iniquus cogitationes suas ⁊ reuertatur ad dominum ⁊ miserebitur eius. Quia benignus ⁊ misericors est prestabilis super malitiam dñs deus noster. ℣. Scindite corda vestra ⁊ non vestimenta vestra ⁊ conuertimini ad dñm deum vestrum. Quia. Lectõ iij.

Apud deũ nõ est dextra neqꝫ sinistra: sed per sinistram magnitudo supplicij designatur. Statuet ergo oues a dextris suis: hoc est electos in magnitudinẽ glorie: hedos aũt a sinistris: hoc est peccatores i supplicijs eternis. ℟. Frange esurienti panem tuum ⁊ egenos vagosqꝫ induc in domũ tuã. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum ⁊ anteibit faciem tuam iustitia tua. ℣. Cum videris nudum operi eum ⁊ carnem tuã ne despexeris. Tũc. ℟. Scapulis suis. Qui hĩt. q̃tidie vsqꝫ ad passionẽ dñi freq̃ntet. Laus matut. de fer. Capitu. Cõuertimini ad me. supra die cinerꝫ. Hymnus. O nazarene dux. H. v. ℣. Scuto circundabit. ã. Venite benedicti patris mei percipite regnum qđ vobis paratũ est ab origine mundi. ps. Benedictus. Quo finito preces capitu. maiores sequant eo modo ⁊ ordine quo in capite ieiunij notate reperiuntur: et sic vsqꝫ ad. iiij. feriã post palmas singulis ferijs tã ad vesp. qꝫ ad mat. freq̃ntent. seq̃t. orõ

Conuerte nos deus salutaris noster ⁊ vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat mẽtes nostras celestibus istrue disciplinis. P dominũ. Post. Benedicamꝰ domio fiat cõme. que in capite ieiunij prenotat. ¶ Ad primam. ãn. Viuo ego dicit dominus nolo mortem peccatoris: sed vt magis conuertatur ⁊ viuat. ps. Deus in nomine. b. ij. cetera omnia peragant vt in capite ieiunij prenotant. ¶ Ad. iij. ãn. Aduenerunt nobis dies penitentie ad redimẽda peccata ad saluãdas animas. cp. Johel. ij.

Conuertimini ad dñz deū vrm: qa benign⁹ ⁊ misericors est patiēs ⁊ multum misericors; et pstabilis super malicia. Rña ⁊ v⁹. vt s. in ofiica. Sequentur preces minores cum ps in capite ieiunij prenotatis. oro. Cōuerte nos. ¶ Ad vj. añ Cōmēdemus nosmetipsos in multa patientia in ieiunijs multis per arma iustitie. ps. Defecit in salu. b. vj. Capitulū. Esaie. lv.

Derelinquat impius viam suam. et vir iniquus cogitationes suas ⁊ reuertatur ad dominum ⁊ miserebitur eius: ⁊ ad deum nrm quoniam multus est ad ignoscenduz. Preces cū psal. oro. vt s. ¶ Ad ix. añ. Per arma iustitie virtutis dei commēdemus nosmetipsos i multa paciētia. ps Mirabilia. b. vij. cp. Esa. lvj.

Frange esurienti panē tuum ⁊ egenos vagos q̄z induc in domum tuam: cū videris nudum operi eum et carnē tuā ne despexeris: ait dominus ops. Preces cum ps. ⁊ orone vt s. ¶ Ad vesp. psal. de die cum suis dicant. ais. cp. ij Corinth. vj.

Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis: in his ergo diebus exhibeam⁹ nos sicut dei ministros: in multa paciētia in vigilijs in ieiunijs: ⁊ in charitate non ficta. R. Educ de carcere animā meam. Ut confiteatur nomini tuo domine. v⁹. Perijt fuga a me ⁊ non est qui requirat animā meam. Ut confite. Hymn⁹. Jam ter q̄ter. H. iij. v⁹ Angelis suis. añ. Quod vni ex minimis meis fecisti michi fecistis dicit dominus. ps. Magt. Statim sequant p̄ces maiores cum psalmis. Oratio.

Absolue quesumus domine nostrorū vincula peccatorum: vt quicquid p eis meremur propitiat⁹ auerte. P do. Cōme. fiat sicut i capite ieiunij ad vespas prenotatur. ¶ Hoc modo cantandi cursus diurnales priuatis diebus per duas hebdomadas. ¶ Feria. iij. Ad matut. Inuitatoriū. Hymnus et v⁹. pridie prenotat. Lcō. j. Gen. xiij.

Ascendit ergo abram de egipto ipse ⁊ vxor eius et omnia que habebat: ⁊ loth cū eo ad australem plagam. Erat autem diues valde in possessione auri et argenti. Rm. Scapulis suis obumbrabit tibi dñs ⁊ sub pēnis eius sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius. v⁹ Angelis suis deus mandauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Scuto circunda. Lectio secunda.

Reversusq; est p iter q̃ venerat a meridie i bethel: vsq; ad locũ vbi pri⁹ fixerat tabernaculũ suum inter bethel ꝛ hay in loco altaris qđ fecerat prius: ꝛ inuocauit ibi nomẽ dñi. ℟. Angelis suis mãdauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manib⁹ portabunt te ne vnq̃ offendas ad lapidẽ pedẽ tuum. ℣ Sup aspidẽ ꝛ basiliscũ ambulabis ꝛ conculcabis leonem ꝛ drachonem. In ma. Lectio .iij.

Sed ꝛ loth q̃ erat cum abraham: fuerunt greges ouium ꝛ armenta ꝛ tabernacula: nec poterat eos cape terra: vt habitarent simul. Erat quippe substãtia eorũ multa: ꝛ nequibant habitare cõmunit. Unde facta est rixa inter pastores gregum abrahã: et loth: eo aũt tpe chananeus ꝛ pherezeus habitabãt i illa terra. ℟. Afflicti p peccatis nr̃is q̃tidie cũ lachrimis expectemus finẽ nostrũ: dolor cordis nostri ascendat ad te dñe. Ut eruas nos a malis q̃ innouantur in nobis. ℣ Domine de⁹ israel exaudi preces nostras auribus pcipe dolorem cordis nostri. Ut. Laus matut. d̃r de feria. Añ. Intrauit iesus i tẽplũ dei et ejiciebat oẽs vendẽtes ꝛ emẽtes. ꝛ mensas nũmulariorũ cathedras vendentium colũbas euertit. ps. Bñdictus. Oro.

Respice q̃s domine familiam tuam: ꝛ p̃sta vt apud te mens nr̃a tuo desiderio fulgeat que se carnis maceratiõe castigat. P dñz. Ad vesperas. In euãge. añ. Scriptum est enim: quia domus mea domus orationis est cunctis gẽtibus vos autẽ fecistis illã speluncam latronum: et erat q̃tidie docens in tẽplo. ps. Magt. Oro.

Ascendãt ad te dñe p̃ces nr̃e ꝛ ab ecc̃lia tua cunctam repelle nequitiã. P.

¶ Fer. iiij. Fm Mattheũ. xij.

In il. tpe. Accesserũt ad iesũ scribe ꝛ pharisei dicẽtes volum⁹ a te signũ vidẽ Gñatio (Et ꝛ. Hom. bc. euse. mala ꝛ adultera gñationẽ malam populum iudeorũ propt contẽptũ et p̃uaricationẽ vocat. ℟m. Ecce nunc tẽpus. Ib. h̃. Preuaricatrix enim Lcõ. ij. diuinorũ p̃ceptorũ fuit ꝛ adultera: q̃a relicto pprio viro hoc est deo: idolis gentiũ se miscuerat Signũ querit: hoc est signum de celo ꝛ signũ nõ dabitur ei nisi signum ione p phete. ℟m. In oibus ex. Ib. v. Queritis inq̃t iesus lcõ. iij. signum a me videre: sed non dabitur vobis signum diuinitatis mee de celo: sed signũ potius humanitatis mee: de inferno. ℟. Emẽdemus in

melius. h.iii. A. Generatio hec prava et perversa signum querit: et signum non dabitur ei nisi signum ione prophete. ps. Benedictus. Oro.

Devotionem populi tui quesumus domine benignus exaudi: ut qui per abstinentiam macerantur in corpore: per fructum boni operis reficiantur in mente. P. Ad vesperas. an. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terre. ps. Magnificat. Oratio.

Mentes nostras quesumus domine lumine tue claritatis illustra: et ut videre possimus que agenda sunt: et que recta sunt agere valeamus. P.

¶ Feria quinta. Lectio. i.

His itaque transactis factus est sermo domini ad abraham per visionem dicens: Noli timere abraham ego protector tuus et merces tua magna nimis. R. Paradisi portas. Dixitque abraham. Domine deus quid dabis michi: Ego vadam absque liberis et filius procuratoris domus mee iste damascus Eliezer. Addiditque abraham: michi autem non dedisti semem: et ecce vernaculus meus heres meus erit. R. In ieiunio. M.v. f.iii

Statimque sermo domini factus est ad eum dicens. Non enim erit hic heres tuus: sed qui egredietur de utero tuo: ipsum habebis heredem. Eduxitque eum foras ait illi. Suspice celum et numera stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit semen tuum. Credidit abraham deo: et reputatum est illi ad iustitiam. Rm. Scindite corda vestra. M.v. a. Si vos manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. ps. Benedictus. Oro.

Omnipotens sempiterne deus qui nobis in observatione ieiunii: et elemosinarum largitione: nostrorum posuisti remedia peccatorum: concede nos opere mentis et corporis semper tibi esse devotos. P. Ad ves. an. Ego enim ex deo processi et veni: neque enim a me ipso veni: sed pater meus ille me misit. ps. Magnificat. Oro.

Da quesumus domine populis christianis et que profitentur agnoscere et celeste munus diligere quod frequentant.

¶ Fer. vi. Lectio. i.

In illo tempore. Erat Ioan. v dies festus iudeorum et ascendit iesus hierosolimam. Est autem hierosolimis probatica piscina que cognominabatur hebraice bethsaida quinque porticus habens. Et re. Hom. lec. eiusdem.

Probatica piscina que quinque porticibus cingebatur: populus est iudeo-

rũ: regis vndiq3 custodia ne peccaret munitus. Uulgo autẽ ꝓbatica id est pecualis piscina fertur appellata: quia ĩ ea sacerdotes hostias lauare ↄsueuerãt. ℟. Abscõdite. ℣. v.
Multitudo languentium que in memoratis porticib⁹ iacebat: aque motum expectans signat eorum cateruas qui legis verba audiẽtes hanc viribus iplere non posse dolebant atq3 ideo dominicos affectus iplorabãt. ℟em. Tribularer si. ℣. v. lc. iij
Ceci erant: quia nondũ perfectum fidei lumen habebãt. Claudi quia bona que nouerant: operandi gressibus implere nequibant. Aridi: quia quẽlibet oculum conscientie habentes pinguedine tamen spei ꝛ dilectionis egebãt. ℟. Ductus est ies⁹. ℣. v. ãn. Angelus domini descendebat de celo mouebatur aqua ꝛ sanabat vn⁹. ps. Benedictus. Oratio.
Esto domine propiti⁹ plebi tue et quã tibi facis esse deuotam: benigno refoue miseratus auxilio. Per. Ad vesperas. ãn. Qui me sanũ fecit ille michi precepit tolle grabatum tuum et ambula in pace. ps. Magnificat. Orõ.
Exaudi nos misericors deus et mentibus nostris gratie tue lumen ostende. Per. ¶ Sabbato scõꝝ Mattheum. xvij
In illo tpe. Assumpsit iesus petrũ et iacobum ꝛ ioannẽ fratrem ei⁹: et duxit eos in montẽ excelsuz seorsum ꝛ trãsfigurat⁹ est ante eos. Et ꝛ. Hom. bede pbrĩ. l. i.
Ostensurus gloriaz sue maiestatis in mõtem discipulos ducit: vt ipi discãt et omnes qui hanc videre sitiunt non eam sibi in hui⁹ seculi profundo: sed i regno superne btĩtudinis esse querendũ. ℟. Cũ ieiunasset. ℣. vj. l. ij.
Et cum benediceret quia duxit illos in montem excelsum addidit seorsum: quia iusti et si nunc: in ciuitate prauorum premantur: animo tamẽ sunt toto atq3 intentione fidei separati ab illis: et futuro funditus ab illis seorsum abducẽtur: cum abscondet eos in abscondito vultus sui a conturbatione hominum ꝛ prote get eos a contradictione linguarum. ℟em. Derelinquat
Tres tan- Lectio. iij. ipius.
tuz discipulos assumpsit quibus gloriam sue transfigurationis ostenderet: quia videlicet q̃ hanc fidem sancte trinitatis icorrupta mente seruauerit tunc beata eius visione merebuntur letari. ℟. Frange

esurienti. Ps. vj. A. Assumpsit ies' discipulos suos et ascendit i montem et trāsfiguratus est ante eos ps. Benedictus. Oratio.

Populum tuum quesumus domine ppiti'r respice: atq ab eo flagella tue iracūdie clemēt auerte. p. do.

Dominica. ij. qdragesime. ad primas vesp. ps. de die cum suis dicāt āis. Cpm. j. thes. v.

Fratres rogam' vos corripite iquietos cōsolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patiētes estote ad omnes. R. Uidi dominū facie ad faciem. Et salua facta ē anima mea. V'. Et dixit nequaq vocaberis iacob sed israel erit nomen tuum. Et. Hymnus. Jam ter quaternis. V. Angelis suis Ps. iij. ān. Descendentibus illis de mōte: precepit eis iesus dicēs: nemini dixeritis visionem donec a mortuis resurgat filius hominis. ps. Magnificat. Oratio

Deus q cspicis oi nos virtute destitui: interi' exteriusq custodi: vt ab oib' aduersitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitationibus mūdemur in mēte. P do. Ad matut. Inuita. Uenite adoremus et pcidamus ante deū plorem' corā dño. Qui fecit nos. ps Uenite. Hy'. āe pi et vsiculi: vt in pcedēte dñicadi centur. Lectio prima. Sermo sancti Joānis ors auri.

Portabat rebecca geminos i vtero fratres: ante ortus principia bellatores. Certantes filios mat' assentit q nouit: āte sustinet q agnoscit: āte patitur q videt R. Tolle arma tua pharetram et arcum: et affer de venatione tua vt comedā. Et benedicat tibi anima mea. V'. Cunq venatu aliqd attuleris fac michi inde pulmentum vt comedam. Et bñdicat. L. ij

Licuit filiorū bella sentire qs nōdū licuit gñare. Certamē int' filios i vtero gerit' bellū int' natos cmittit': mr'na viscera quatiuntur: nec ad ort' principia pperatur: sed ante principia noua certamina celebrātur. R. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quē bñdixit domin'. Crescere te faciat deus meus sicut arenam maris: et donet tibi de rore celi benedictionē V'. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus: et q benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Cres

Uellē causas tā Lcō. iij (scere. ti certaminis noscere: vellem istius pugne negocia tractare. Quid intercesserat: qd factū fuerat. Que pugnādi ratio: que causa vincendi. Quo spectatore id geritur: quo iudice celebratur. Quid victo

ri promittitur: quid victo ecõ trario denegat? Quis certare docuerat: qs pugnare mõstrarat? ℞. Det tibi de⁹ de roꝛe celi: ⁊ de pinguedine terre abũdãtiã seruiãt tibi oẽs ppl'i. Esto dñs fratrũ tuoꝝ. ℣. Et icuruent añ te filij matris tue. Esto. Lctõ. iiij.

SEd notũ est cũctꝫ istoꝝ certamie fratrũ: causas duoꝝ expꝛimi pploꝝ vult em̃ deus ante ostẽdere futura qꝫ veniãt: ante vẽtura mõstrare qꝫ fiant. ℞. Quis igit̃ ille est q̃ dudũ captam venationez attulit michi: ⁊ comedi ex oĩbus pꝛiusqꝫ tu venires? Bñdixiqꝫ ei ⁊ erit bñdict⁹. ℣. Dñm tuũ illuz constitui et oẽs fratres eius seruituti illi⁹ subiugaui. Bñdixiqꝫ. Lectio. v.

Ceterũ p̃iudicare nõ põt pugna: si pugne nõ consentiant merita. Sed futuroꝝ pꝛesci⁹ deus monstrosum certamen voluit exerceri dat certandi affectus: vincendi vota ostendit: se spectatoꝛez constituit: se iudicem demõstrauit adeo gerit̃ certamen p̃sente deo q̃ genuit: ⁊ matre teste q̃ sensit: sed mater certamẽ sentire potuit: videre non potuit. ℞. Dum iret iacob de bersabee ⁊ pgeret aram: locutus est ei de⁹ dicens. Terram in qua doꝛmis tibi dabo ⁊ semini tuo. ℣. Edificauit ibi iacob ex lapidibus altare in honoꝛem dñi: fundẽsqꝫ oleũ desuper benedixit eũ deus dicẽs. Deniqꝫ in- Lcõ. vi. (Terrã. terrogat dñm. Quid est inq̃t dñe istõ quod geritur? Quid est quod invtero meo te teste certat? Quid facturi sũt nati: qui sic luctant̃ innati? Aut que natoꝝum vota suscipiaz: cum sic luctaminc inatoꝝũ cõcutiar: duo sunt iquit dñs populi invtero tuo: ⁊ due gẽtes de vẽtre tuo diuident̃. Et populus populũ supabit: ⁊ maioꝛ seruiet minoꝛi. ℞. Duz exiret iacob de terra sua vidit gloꝛiam dei ⁊ ait: qꝫ terribilis est loc⁹ iste. Non est hic aliud nisi dom⁹ dei ⁊ poꝛta celi. ℣. Uere domin⁹ est i loco isto ⁊ ego nesciebã. Nõ.

Secundum Mattheum. xv.

IN illo tempoꝛe. Egressus iesus secessit in partes tyꝛi ⁊ sydonis: ⁊ ecce mulier chananea a finib⁹ ill' egressa: clamauit dicens: miserere mei fili dauid. Et reli. Hom.

Scrib ⁊ venera. bede pbri. phariseis calũniatoꝛibus derelictis: transgreditur dñs in ptes tyꝛi ⁊ sydonis: vt tyꝛos sydoniosqꝫ curaret: mlier autem a finibus illis egreditur vt filie sue impetret salutẽ. ℞. Uere dominus est in loco isto: et ego nesciebaz. Quã terribilis est locus iste: nõ est hic aliud nisi do

mus dei ⁊ porta celi. ℣. Cumq; evigilasset iacob a somno ait. Quã.

Obserua q in qn- Lctõ.viij todecio loco: filia chananee sanatur. Filia iquit mea male a demonio vexatur. Ego filias ecclesie animas puto eẽ credẽtium: que male a demonio vexabantur: ignorantes creatorem ⁊ adorantes lapidẽ. Mulier hec chananea: ecclesiam de gentibus collectã designat. ℟. Si dominus deus meus fuerit mecũ in via ista qua ego ambulo: et custodierit me et dederit michi panem ad edendũ ⁊ vestimentum quo operiar: ⁊ revocauerit me cũ salute. Erit michi dominus in refugium: ⁊ lapis iste in signum. ℣. Surgens ergo mane iacob tulit lapidem quem supposuerat capiti suo: et erexit in titulũ fundẽsq; oleũ desuper

Rogat igit lc.ix. (ait. Erit. chananea dominũ p filia demoniaca: cum pro ppriis non credentibus: vt ⁊ ipsi a diaboli fraudibus absoluantur: superne pietati ecclesia supplicat. Qui nõ respondit ei verbum. Non de supercilio scribarum vel phariseorũ superbia siluit: sed ne sententie sue contrarius videretur qua iusserat: in viam gentiũ ne abieritis ⁊ in ciuitates samaritanorũ ne itraueritis. ℟. Pater peccaui in celum ⁊ coram te: iam non sũ dignus vocari filius tu9 Fac me sicut vnũ ex mercẽnariis tuis. ℣. Quãti mercenarii i domo pris mei abũdãt panib9 ego autẽ hic fame peo: surgã ⁊ ibo ad prẽ meũ ⁊ dicã ei. Fac me. ℣. In manibus portabunt In laudibus. ã.

Domine labia mea aperies et os meum annunciabit laudem tuã. ps. Miserere. c.v ãn. Dextera domini fecit virtutẽ dextera domini exaltauit me. ps Confitemini. b.ij. ãn. Factus est adiutor meus deus meus. ps Deus deus meus. a. vij. ãn. Triũ puerorũ cantemus hymnũ quẽ cantabãt in camino ignis benedicentes dñm. ps. Benedicite. a.vij. ãn. Statuit ea in eternũ ⁊ in seculũ seculi pceptum posuit ⁊ non preteribit. p. Laudate. a.viij. Cõm.j. Thes. iiij.

Fratres. rogam9 vos ⁊ obsecramus in dño iesu: vt queadmodũ accepistis a nobis quõ vos oporteat ãbulare ⁊ placẽ deo: sic ⁊ ãbuletis vt abũdetis magis. hy9. O nazarene dux. H. v. ℣. Scuto circũda. ã. Egress9 ies9 secessit i ptes tyri ⁊ sydonis ⁊ ecce mlier chananea a finib9 illis egressa clamauit dicens miserẽ mei dñe fili dauid. p. Bñd9. op. De9 q conspicis. ¶ Ad.j. ã. Accedẽtes discipuli iesu ad eũ rogabãt illũ dicentes

dimitte eã quia clamat post nos. Cetera oia more solito peragant. ¶ Ad.iij.ãn. Non sum missus nisi ad oues que perierãt domus israel dicit dominus. ps Legem. Cpm. j. Thes. iiij

Hec est autem volũtas dei/sanctificatio vestra vt abstineatis vos a fornicatione: vt sciat vnusquisqꝫ vestrum suum vas possidere in sanctificatiõe et honore. Reia vt supra dominica ꝓcedenti. oratio. Deus qui conspicis. ¶ Ad.vi.ã. Miss⁹ sum ad oues q̃ perierant dom⁹ israel dicit domin⁹. p̃. Defecit. cp̃.i. Thes.v.

Videte nè q̇s malum ꝑ malo alicui reddat: sꝫ semꝑ qd̕ bonũ ē sectamini inuicẽ ꝛ in oẽs. oro vt s̃. ¶ Ad ix.ã̃ O mulier magna ē fides tua fiat tibi sicut petisti. cp̃.j. thes.v

Hec ē aũt volũtas dei i xp̃o iesu in oibus vob̃ spm̃ nolite extinguere: ꝓphetias nolite spnere: oia aũt ꝓbate q̃ bonũ est tenete: ab oi specie mala abstiete vos. orꝫ. vt s̃. ¶ Ad.ij.ves. ãn. Sede a dextris. g.ij. Cũ ceteris ãis ꝛ psal. de die. Cp̃.j. Thes.iiij.

Fratres videte ne q̇s supgrediat neqꝫ circũuenlati negotio frẽz suũ: qm̃ vidcx ē dñs de his oib⁹ sicut ꝓdixim⁹ ꝛ testificati sum⁹: nõ eni vocauit nos in imũditiã: sed in sctificationẽ i xp̃o iesu dño nr̃o. Rẽ. Pat peccaui. ~~Ps. iij~~ ~~lhr⁹~~. Jam ter quaternis. ℣⁹. Angelis suis. ãn Dixit dñs mulieri chananec nõ est bonũ sumẽ panẽ filiorũ: ꝛ mittere canib⁹ ad mãducandũ: vtiqꝫ dñe: nã ꝛ catelli edũt de micis que cadũt de mẽsa dñorꝫ suoꝝ: ait illi iesus: mulier magna est fides tua fiat tibi sicut petisti. ps. Magnificat. Oro vt s̃. ¶ Feria.ij. ßm Jo anñe. viij.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorũ. Ego vado et queritis me. Et ꝛꝫ. Hom. lec. eiusdem.

Ego vado inq̇t dñs: ꝛ queritis me: nõ desiderio sꝫ odio. Nam illꝫ postea q̃ꝫ abscessit ab oculis hoim inq̇sierunt: ꝛ qui oderãt ꝛ qui amabãt. Jlli ꝑsequendo: isti habere cupiendo. Rẽ. Erit michi dñs i deum: ꝛ lapis iste quẽ erexi in titulũ vocabit domus dei ꝛ de vniuersis que dederis michi. Decimas ꝛ hostias pacificas offerã tibi. ℣ Si dñs deus meus fuerit mecuꝫ in via ista qua ego ambulo ꝛ custodierit me. Decimas. Lctõ.ij.

Bonũ est aiaꝫ xp̃i q̃rere non sicut iudei sꝫ quõ discipuli eũ q̃sierũt. Jlli aũt q̃sierũt vt haberẽt: isti vt ꝑderẽt. Et ne putetis: qꝛ bñ me q̃ritis in pctõ vr̃o moriemini. Rẽ. Apparuit

deus iacob ꝛ bñdixit eum ꝛ dixit ego sum deꝰ bethel vbi vnxisti lapidē ꝛ votū vouisti michi. Crescere te faciā ꝛ multiplicabo te. ℣. Apparuit iterū deꝰ iacob postꝙ reuersus est de mesopotamia syrie dixitꝙ ad eum. Cres. lctō.iij.

Hoc est xp̄m male querere i peccato suo mori. In pcō suo morit: q̄ in pctō ꝑmanet vsꝙ ad mortē. Ille xp̄m nō q̄rit: q̄ salutē aīe sue ꝑ penitētiā non q̄rit. Ad quē ꝓpheta clamat Querite dn̄m dū iueniri pōt inuocate eū dū ꝓpe est. ℟. Orauit iacob ꝛ dixit dn̄e q̄ dixisti michi reuertere in terrā natiuitatis tue. Erue me de manu fratris mei: qꝛ valde eū timeo. ℣. Deus i cuius cōspectu ābulauerunt patres mei dn̄e q̄ pascis me a iuuētute mea. Erue. an. Ego pricipiū q̄ ꝛ loquor vobꝭ. ℣. Bn̄dicꝰ. or.

Presta q̄s omnipotens deꝰ: vt familia tua: q̄ se affligēdo carne ab alimētꝭ abstinet: sectādo iustitiā a culpa ieiunet. P do. ¶ Ad ves. an. Qui me misit mecū ē et nō reliq̄t me solū: qꝛ q̄ placita sunt ei facio semper. ps. Magt. Oratio.

Adesto dn̄e supplicationibꝰ nr̄is ꝛ quibus fiduciā sperāde pietatis indulges: cōsuete mīe tribue benignus effectuꝫ. Per dominū.

¶ Fer. iij. lcō. j. Gene. xxvij.

Senuit aūt ysaach ꝛ caligauerūt oculi eius: et videre non poterat: vocauitꝙ esau filium suum maiorem ꝛ dixit ei: fili mi. Qui respondit. Assum. Cui pater vides inquit ꝙ senuerim: ꝛ ignoreꝫ diem mortis mee. Sume arma tua ꝛ pharetram ꝛ arcum et egredere foras. Cumꝙ venatu aliq̄d apprehenderꝭ: fac michi inde pulmentum sicut velle me nosti: et affer vt comedam: et benedicat tibi anima mea anteꝙ moriar. ℟. Minor sum cunctis miserationibus tuis domine abraham in baculo meo transiui iordanem istū: et nunc cum duabus turmis regredior. Libera me domie de manibus esau: quia valde contremit cor meum illum timens. ℣. Domine qui dixisti michi reuertere i terram natiuitatis tue ꝛ bene faciam tibi. Libera me. Lectio.ij.

Quod cum audisset rebecca ꝛ ille abisset in agrum: vt iussionem patris impleret: dixit filio suo iacob. Audiui patrē tuum loquentem cū esau fratre tuo: et dicentem ei. Affer michi de venatione tua: ꝛ fac cibos vt comedam: ꝛ benedicam tibi coram domino ante ꝙ moriar. ℟. Dixit angelus ad iacob. Dimitte me aurora est: respondit ei nō dimittam te nisi bn̄-

diseris michi. Et benedixit eum in eodem loco. R. Cumq mature surrexisset iacob: ecce vir luctabatur cum eovsq ad mane: et cuz vidisset q superare eum non posset dixit ei. Dimitte. Lectio.iij.

Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis: et pergens ad gregem affer michi duos hedos optimos/ vt faciã ex eis escas patri tuo quib9 libẽter vescitur: quas cum intuleris et comederit: bñdicat tibi priusq moriatur. R. Uidi dñm facie. require ad.i. vespas i dñica. añ. Unus est enim magister vester qui in celis est dicit dominus. ps. Benedictus. Oratio

Perfice q̃s dñe benign9 in nobis obseruãtie sãcte subsidium: vt q̃ te auctore facienda cognouim9 te operante impleam9. P dominũ.

Ad vesp. a. Qui maior est vestrũ erit minister vester: quia ois qui se exaltat hũiliabitur dicit dominus. ps Magnificat. Oratio.

Propiciare q̃s dñe supplicatiõib9 nr̃is: et aiarũ nr̃arũ medere lãgorib9: vt remissione percepta: in tua semp bñdictione letemur. P dñm.

¶ Fer.iiij. fm Mat.xx.

In illo tpe. Ascẽdẽs iesus hierosolimã assumpsit duodeci discipłos suos. Et re. Hom. eiusdem lcõnis.

Accessit ad iesum mater filiorum zebedei: cuz filijs suis adorans et petẽs aliq̃d ab eo. Mater filioꝝ zebedei matertera saluatoris mater est iacobi et ioãnis. Quid aũt ptinuit ad hanc mulierẽ: vt cũ audierat a dño cõtumeliã et penaz passionis: ab illo gloriaz et dignitatẽ peteret filijs suis. R. Tolle arma tua. L.i.lcõ.ij.

Nichil dñs de gloria regni pdixerat: sed solũmõ de supplicio passionis: sed forsan incitata ad petendam dignitatem filijs suis intellexerat sermonẽ dñi quem dixit: q post tertiã diẽ resurrecturus eẽt. R. Ecce odor filij mei. L.i.l.iij.

Putabat enim iuxta iudeoꝝ fabulã q domin9 post resurrectionẽ suã p mille ãnos eẽt regnaturus in terra corpalit et dignitatẽ terrenã suis electis esset distributurus. Mater qdẽ petierat: sz dñs discipulos icrepauit: q intellexit p potẽtiã diuinitatis sue: petitionẽ quã mat attulerat ei: ex suasione filiorũ descẽdisse. R. Det tibi deus. L.i.ãn. Ecce ascẽdim9 hierosolimã: et fili9 hominis tradet vt crucifigatur. ps Bñdict9. ofo.

Populũ tuum q̃s dñe ppitius respice: et quos ab escis carnalibus pcipis abstinere: a no-

xijs q̃ꝗ vicijs cessare ꝯcede. p

¶ Ad vesp. añ. Tradetur enim gentibus ad illudendũ ⁊ flagellã dum et crucifigendum. ps. Ma

Deus in- oro (gnificat. nocentie restitutor et amator: dirige ad te tuorũ cor da seruorũ: vt spiritus tui fer uore concepto: ⁊ in fide inue- niantur stabiles ⁊ in opere ef ficaces. Per. eiusdem. ¶ Fe- ria. v. Lectio. j. Genes. xxvij.

Abijt ⁊ attulit: deditq̃ matri. Parauit illa ci bos sicut velle nouerat patrẽ illius: et vestibus esau valde bonis: quas apud se habebat domi induit euz: pelliculasq̃ hedorũ circundedit manibus ⁊ colli nuda protexit. Dedit- q̃ pulmentum ⁊ panes quos coxerat tradidit. Quibus il- latis: dixit. Pater mi. At ille rñdit. Audio. Quis es tu fi- li mi? Dixitq̃ iacob. Ego suz primogenitus tuus esau: feci sicut precepisti michi Surge sede ⁊ comede de venatione mea: vt benedicat michi ani- ma tua. R. Dum iret iacob de bersabee. V. j. Lectio secunda.

Rursumq̃ isaac ad filiuz su- um. Quomodo inquit tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit. Uolũtas dei fuit: vt cito occurreret michi quod volebam. Rem. Dum ex- iret iacob. V. j. Lectio tertia.

Dixitq̃ isaac. Accede ad me huc: vt tangam te fili mi: et probem vtrum tu sis filius meus esau: an non. Accessit ille ad patrem: et palpato eo. Dixit isaac. Uox quidez vox iacob est: sed manus manus sunt esau. Et nõ cognouit eũ quia pilose manus similitudi nem maioris expresserãt. R. Uere dominus est. V. j. añ. Ego non ab homine testimonium ac- cipio: sed hec dico: vt vos salui si tis. ps. Benedictus. Oratio.

Presta nobis domĩe au xilium gratie tue: vt ie iunijs: ⁊ orationibus cõueni- enter intẽti liberemur ab ho stibus mentis ⁊ corporis. P dominum. ¶ Ad vespas. añ. Opera que ego facio testimoniũ perhibẽt de me quia misit me pa ter. ps. Magnificat. Oratio.

Adesto quesumus do- mine famulis tuis: et opem tuam largire poscenti- bus: vt his qui te auctore et gubernatore gloriantur ⁊ cõ gregata restaures et restau- rata conserues. Per. ¶ Fer. vj. Secũdũ Mattheum. xxj.

In illo tẽpore. Dixit Ie- sus discipulis suis: ⁊ tur bis iudeoruz parabolã hanc. Homo erat paterfamilias q̃ plantauit vineam. Et reliq̃.

Homil. lectionis eiusdem.
Omnipotens deus pater et conditor ꝛ gubernator familiarum suarum est: vinea illi⁹ domus israelitica est. ℟. Si dñs deus meus. ℣. ij. Lctõ. ij.
Omnipotens deus vineam plantauit: quia eiectis de terra repromissionis habitationib⁹ suis chananeis: in eadē terra gētem israeliticam collocauit. Et sepem circundedit eidem: muros vrbium et custodiam angelorū: ꝛ fodit in ea torcular. ℟m. Erit michi dominus in deum. ꝰ. fer. ij. l. iij.
Torcular signat altare: qm̄ sicut i torculari vue exprimūtur: ita in altari sanguis hostiarum ꝛ victimarum effundebat. Uel p torcular passionem sanctorū ꝓphetarum debemus intelligere: quo noīe solet passio sanctorū designari. ℟. Apparuit de⁹ iacob. ℣. ij.
ā. Malos male ꝑdet ꝛ vineā suā locabit alijs agricolis q̄ reddant ei fructum temporibus suis. ps.
Da q̄s ꝺro. Bñdict⁹. omnipotens deus: vt sacro nos purificāte ieiunio: sinceris mentibus ad sancta ventura nos facias peruenire. p. ¶ Ad ves. ān. Querētes eū tenere timuerūt turbas: quia sicut prophetam eum habebant. Psal. Magnificat. Oratio.
Da q̄s dñe ppl'o tuo salutē mētis ꝛ corpis: vt in bonis opib⁹ inherēdo: tue semp ꝟtutis mereat ꝓtectione defendi. p. Sabbato. lec. j.
Benedicēs ḡ illi ait. Tu es fili⁹ me⁹ esau? Rñdit ego sum. At ille. Affer inqt mihi cibos de venatiōe tua fili mi: vt bñdicat tibi aīa mea. Quos cū oblatos comedisset: obtulit ei etiā vinū. Quo hausto dixit ad eum. Accede ad me: ꝛ da michi osculū fili mi. Accessit ꝛ osculat⁹ est eū.
℟. Orauit iacob ꝰ. fer. ij. lec. ij.
Statimq; vt sensit vestimētorū ei⁹ fragrātiā bñdicēs illi ait. Ecce odor filij mei: sicut odor agri pleni. cui bñdixit dñs: det tibi de⁹ de rore celi: ꝛ de pinguedine terre abūdātiā frumēti: vini ꝛ olei: ꝛ seruiant tibi ppl'i: ꝛ adorēt te trib⁹ Esto dñs fratrū tuorū: ꝛ icuruent añ te filij mr̄is tue. Qui maledixerit tibi: sit ille maledict⁹: ꝛ qui bñdixerit tibi bñdictionib⁹ repleat. ℟. Minor sum. supra. fer. iij. Lectio. iij.
Uix ysaac ꝸmonē ipleuerat et egresso iacob foras. venit esau. coctosq; de venatiōe cibos intulit pr̄i dicēs. Surge pr̄ mi: ꝛ comede de venatiōe filij tui: vt bñdicat michi aīa tua. ℟. Pat peccaui. ꝰ. i dñica.

R.ix.añ. Uadam ad patrē meum et dicam ei:pater fac me sicut vnū ex mercenarijs tuis. Psalmus. Benedictus. Oratio.

Da q̄s dñe nostris effectum ieiunijs salutarē vt castigatio carnis assumpta:ad nr̄arū vegetationem transeat animarum. Per d.

¶ Dñica .iij. quadragesime ad primas vcs. pl de die cum suis ãis Caplm. Ephesi. v.

Estote imitatores dei sicut filij charissimi: et ambulate in dilectione: sicut et xp̄s dilexit nos: ⁊ tradidit semetipsum p nobis oblationem: ⁊ hostiam deo in odorē suauitatis. R. Igit ioseph ductus est i egyptum: fuitq̄ dñs cū eo. Per quem erat vir i cūctis pspere agens. V. Misertus eni est deus illius:⁊ oīa opera eius dirigebat. Per quem. Hymnus.

Audi benigne ɔditor/ nr̄as preces cum fletibus: in hoc sacro ieiunio/fusas quadragenario. Scrutator alme cordium/ infirma tu scis virium:ad te reuersis exhibe / remissionis gratiam. Multum quidē peccauim⁹/ sed parce cō fitentib⁹:ad laudem tui nois/confer medelā languidis. Sic corp⁹ extra conteri/dona p abstinētiam: ieiunet vt mens sobria/a labe prorsus criminū. Presta btā tri. V. Angelis suis. añ. Dedit pater penitenti filio stolā primā pariter ⁊ annulū: nā et calciamēta illi tribuens celebrauit magnū conuiuiū: habem⁹ stolā primam in lauacro:⁊ annulū fidei signaculum. ps. Magnificat. Oratio.

Quesumus oṗs de⁹ vota humiliū respice:atq̄ ad defensionem nr̄am dexteram tue maiestatis extende. P do. Ad ɔpl.ā.cū psal.cp.⁊ R. vt̄s dñica pria.xl. Hymn⁹

Christe q̄ lux es ⁊ dies/ noctis tenebras detegis:lucisq̄ lumē crederis/lumen btm̄ predicans. Precamur sancte dñe/defende nos in hac nocte: sit nobis i te requies/quietā noctem tribue. Ne grauis somnus irruat/ nec hostis nos surripiat: nec caro illi ɔsentiēs / nos tibi reos statuat. Oculi sōnū capiant/cor ad te sp vigilet:dextera tua ptegat / famulos q̄ te diligūt. Defensor nr̄ aspice/ insidiātes reprime: guberna tuos famulos / quos sanguine mercat⁹ es. Memento nostri dñe in graui isto corpe:q̄ es defensor aie:adesto nobis dñe. Deo patri. V. Custodi nos dñe. ã. Media vita in morte sumus quē querim⁹ adiutorē nisi te dñe: q̄ p pctis nr̄is iuste ira-

fceris. Sancte deus. Sctē fortis. Sctē ⁊ misericors saluator. Amare morti ne tradas nos. ps. Nūc dimittis. ℣. Ne proiicias nos i tēpore senectut; cū defecerit virtus nostra: ne derelinquas nos domine: Sancte. ℣. Noli claudere aures tuas ad preces nr̄as. Sancte de⁹. ℣. Qui cognoscis omnia occulta cordis parce pctis nr̄is. Ama. Ceta oia q̄ sequunt eo ordine q̄ in duab⁹ dn̄icis precedentib⁹ dicant: ⁊ sic vsq₃ ad passionē dn̄i. Ad mat. Inuit. Ploremꝰ corā dn̄o deo nr̄o. Qui fecit nos. ps. Venite exulte. hy⁹

SUmme largitor p̄mij / spes qui es vnica mundi: preces intende seruoꝝ/ad te deuote clamātiū. Nostra te ɔscientia/ graue offendisse monstrat: quā emundes supplicam⁹ / ab oibus piaculis. Si renuis q̄s tribuet: indulge quia potēs es: te corde rogare mundo / fac nos precamur dn̄e. Ergo acceptare nostrū/q̄ sacrasti ieiuniū: q̄ mystice paschalia captam⁹ sacramēta. Sūma nobis hoc ɔferat/ in deitate trinitas: in qua gloriat vn⁹/p cuncta scl'a de⁹ Amē. an̄. ⁊ psal. cū ℣. vt i pria dn̄ica q̄dragesime. ¶ Sermo ioannis chrisostomi. lc. j.

MIttitur a iacob patre sanctissimo ioseph sanctus ad fratres: qui salutem patris ad illos: ⁊ ipsorum ad patrem afferret: vt iter absentes medi⁹ vtriusq₃ salutis nūcius extitisset/ vt quod de semet absentes scire non poterant/ioseph referente cognoscerent: ⁊ disiunctos hui⁹ relatio iūgeret: quos locorum diuersitas separabat. ℟. Videntes ioseph a longe loquebantur mutuo fratres dicētes. Ecce somniator venit: venite occidam⁹ eum: ⁊ videamus si ꝓsint illi somnia sua. ℣. Cūq₃ vidissent ioseph fratres sui ꝙ a patre cunctis fratribus plus amaretur oderāt eū: nec poterant ei quicq̄₃ pacifice loqui: vnde ⁊ dicebāt. Ecce. lc. ij.

QUem cum venientem de lōge ɔspicerent ecce inquiunt: ecce adest sōniator ille: venite itaq₃ et occidam⁹ illum: ⁊ videam⁹ quid portendant somnia eius. ℟. Dixit iudas fratribus suis: ecce ismaelite transeūt venite venundetur et manus nostre non polluantur. Caro enim et frater noster est. ℣. Cūq₃ abisset ruben ad puteum: ⁊ non inuenisset: eum scissis vestib⁹ pergēsq₃ ad fratres suos ait: puer nō comparet: ⁊ ego quo ibo? Caro. lc. iij

O nephanda rabies iniquorum. Non licet ioseph: non licet inq̄₃ impunitum esse ꝙ bonus est: nō licet meliorem

tutum esse cum malis: et quasi inuidi aliquid perdāt / aut dispendium alicuius rei incurrant. Sic bonorū vita detrimentum est pessimorum. Zelant māsuetum inuidi: modestum superbi: pbū improbi: mitē tumidi: inimica emulatione lacescunt. ℟. Extrahentes ioseph de lacu / vendiderunt ismaelitis triginta argenteis. Reuersusq ruben ad puteum et cum non inuenisset eū scidit vestimenta sua: cum fletu et dixit puer non comparet et ego quo ibo. Vsus. At illi intincta tunica ioseph in sanguine hedi miserunt qui ferret eam ad patrem et diceret: vide si tunica filij tui sit an non. Reuersus. Glia patri. Reuersus. Lc. iiij.

Patitur ioseph sanct9 innocentis vite inuidiam: et emulos in se fratres sancta excitat vita. Bonū mali videre non possunt: deniq venietem ad se lacerāt seu uolūt necare festinant. Nolunt meliorem viuere: ne degeneres ipsi possent iproperia sustinere. ℟. Uidens iacob vestimenta ioseph scidit vestimenta sua cum fletu et dixit. Fera pessima deuorauit filium meum ioseph. Vsus. Congregatis autem cunctis liberis eius vt delenirent dolorem patris: noluit eos audire sed dixit. Fera pessima. Lectio qnta.

Cur innocētē zelas inimica fratnitas? Cur iuides bono Cur pati simplicē nō potes? Cur modestū psequris? Cur probū nō diligis. Cur rea innocētis sanguinis iuenir is? Saltem distractus aliquatenus viuat: ne vite accusator innocēs sanguis vt in cayn existat. Serua tibi serua iimica fratnitas viuū: quē sētias aliquando placatū. Serua incolumē: quē necessitatis tpe inuenias prouisorem. Forsitan eni aduenia t temp9: quo eum seruum fecisse peniteat parricidium non perpetrasse conlibeat. ℟m. Igitur ioseph ductus. vtō ad vesperas. Lc. vj.

Ceuius crimen est sanctum seruituti addici: graui9 nichil est innocentem animam iugulari. In seruo quod curetur inuenies: in parricidio non reperies quod excuses. ℟. Dixit ruben fratrib9 suis: nūquid non dixi vobis nolite peccare in puerum: et non audistis me? En sanguis eius exquiritur. V9. Merito hec patimur: qr peccauimus in fratrē nrm vidētes angustiam anime ei9: dum deprecaretur nos et non audiuim9. En sanguis. Secundum lucam. xi.

In illo tpe. Erat iesus eijciens demoniū: et illud erat mutum. Et reliqua.

Homil. venerabil. bede pbri.
Demoniacus iste apud mattheum non solū mutus: sed et cecus fuisse narratur. Curatusq; dicitur a dño: ita vt loqueretur et videret. R. Memēto mei dū bene tibi fuerit: vt suggeras pharaoni vt educat me de isto carcere. Quia furtim sublat⁹ sum: et inocēs in lacū missus sum. V. Tres enī adhuc dies sūt post quos recordabitur pharao ministerij tui: et reuocabit te in gradum pristinum: tunc memēto mei. Ut suggeras. Lectio octaua.
Tria igitur signa in vno homine pp̄etrata sunt. Cec⁹ videt mutus loquit̄: possessus a demonio liberat̄. Quod et tunc quidē carnaliter factum est/nunc quotidie cōplet̄ in cōuersione credentiū: vt expulso primum demonio: fidei lumen aspiciant: deinde ad laudes dei: tacentia prius ora laxentur. R. Merito hec patimur quia peccauim⁹ in fratrem nr̄m: videntes angustiā anie ei⁹: dum deprecaret̄ nos: et non audiuim⁹. Idcirco venit super nos tribulatio. V. Dixit ruben fratribus suis: nunqd non dixi vobis nolite peccare in puerum: et non audistis me? Idcirco. Lectio nona.
Quidam autē ex eis dixerūt. In beelzebub pricipe demoniorum eijcit demonia. Non hoc aliqui de turba: sz scribe et pharisei calūniabant̄: sicut alij euangeliste testant̄. Turbis quippe que min⁹ erudite videbātur dñi semp̄ facta mirantib⁹ illi cōtradicere vel negare hec vel q̄ negare nequiuerāt: sinistra interpretatiōe peruertere laborabant: quasi nō hec diuinitatis opera: sed immundi spūs opa fuissent. R. Nunciauerūt iacob dicētes: ioseph filius tuus viuit: et ipse dominatur in tota t̄ra egypti: quo audito reuixit spūs eius et dixit. Sufficit michi vadam et videbo eum anteq̄ moriar. V. Cumq; audisset iacob q̄ ioseph filius ei⁹ viueret quasi de graui sōno euigilans ait. Sufficit. V. In manib⁹.

Hac benigne. In lau. ā. in bona volūtate tua syon: vt edificent̄ muri hierl'm. ps. Miserere mei. c. v. ān. Dñs michi est adiutor: non timebo qd faciat michi homo. p̄. Confitemini. b. ij. ān. Deus misereat̄ nostri: et benedicat nobis. ps. De⁹ deus meus. a. vij. ā. Uim virtutis sue oblit⁹ est ignis: vt pueri tui liberarētur illesi. ps. Benedicite. a. vij. ān. Sol et luna laudate deum: quia exaltatum est nomen eius solius. ps. Laudate dñm. a. viij. Capl'm. ephe. v.

Fornicatio autē et omnis imūditia: aut aus

ricia nec nominetur i vobis/ sicut decet sanctos: aut turpitudo: aut stultiloquiuz: aut scurrilitas / que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hymnus.

CLarum decus ieiunii/ mõstrat orbi celitus: q xpus auctor oim/cibis dicauit abstinẽs. Hoc moyses charus deo / legisqz lator factus est: hoc heliã per aera / curru leuauit igneo. Hic daniel mysteria victor leonũ viderat: p hoc amicus intim⁹ / sponsi ioannes claruit. Hec nos sequi dona de⁹ exempla psimonie: tu robur auge mẽtium/dãs spiritale gaudium. Presta pater p filium: presta per almum spm: cum his per euum triplici: vn⁹ de⁹ cognomine. Amẽ. ℣. Scuto circũdabit. an. Erat iesus eijciẽs demoniũ ⁊ illud erat mutũ: ⁊ cũ eiecisset demoniũ locutus est mut⁹: et admirate sunt turbe. ps. Bñdictus. a. viij. oro. Quesumus omps deus vota humilium. Ad primã. an. Si in digito dei eijcio demonia: profecto venit in vos regnum dei. ps. De⁹ deus meus respi. b. j. an. cũ ceteris more solito pagantur. ¶ Ad tertiã. a. Dum fortis armat⁹ custodit atriũ suum: in pace sunt ea que possidet. Cap. Ephesi. v.

HOc autẽ scitote intelligentes q omnis fornicator: aut imund⁹: aut auar⁹ quod est idolorum seruitus: non habet hereditatem i regno xpi ⁊ dei. ℞. Bonũ michi domine q hũiliasti me: michi lex oris tui super milia auri ⁊ argẽti. ℣. Manus tue fecerũt me / et plasmauerũt me: da michi intellectum dñe/ vt discam mãdata tua. Bonũ michi. Gloria pri Bonum. ℣. Dicet dño. oro. vts. ¶ Ad vi. an. Qui nõ colligit mecũ dispergit: ⁊ qui nõ est mecũ ↄtra me est. ps. Defecit. Cap. Ephesi. v.

NEmo vos seducat inanibus verbis: pptr hoc enĩ venit ira dei in filios diffidentie: nolite ergo effici participes eorum. ℞. Seruus tuus ego sum. Da michi intellectũ dñe. ℣. Ut discam mandata tua Da michi. ℣. Ipse liberauit me. Or vts. ¶ Ad ix. a. Cũ imundus spũs exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa/ querẽs requiẽ ⁊ non inuenit. In. Cp. Ephe. iiij.

EStote benigni inuicez misericordes donãtes vobismetipsis: sicut ⁊ in christo deus donauit nobis. ℞. Declara super nos de⁹. Tuã misericordiam. ℣. Declaratio sermonum tuorum dat intellectum domine. Tuam. ℣. Scapulis suis. oro vts. ¶ Ad ves. psalmi

dñicaľ. cum suis dicanť ãls.
E Ratis (Cap. ephe.v.
aliquñ tenebre: nunc
autẽ lux in dño: vt filij lucis
ambulate in dilectiõe: fruct⁹
lucis est in oi bonitate: et
iusticia ꝛ veritate. ℟. Nuncia
uerunt iacob. Hy⁹. Audi beni-
gne conditor. ℣.v.℣. Angelis
suis. an. Extollẽs vocem quedã
mulier de turba dixit illi: btũs vẽ
ter qui te portauit et vbera q̃ su-
xisti: at iesus dixit illi: quinimo/
beati qui audiunt verbũ dei ꝛ cu
stodiunt illud. ℣. Mgt. oꝛ vtã
¶ Feria.ij. Ad mat. Inuita.
Non sit vobis vanũ. Hy⁹. Sũ-
me largitor. ℣.v. Nocťna cũ
suis ãls. Scdm Lucam.iiij.
I N illo tpe. Dixerũt pha-
risei ad iesum. Quãta
audiuim⁹ facta in capharna-
um: fac et hic in pãia tua. Et
reľ. Homil. eiusdẽ lectionis.
I udeoꝝ isana pfidia: sanã li
cet nesciens fidem confitetur
dñm iesum xp̃m: fabrum co-
gnominat ꝛ medicum vocat.
Faber ei est verus quia oñia
per ipsum facta sunt. ℟. Dixit
ruben fratribus. ℣. in do. lcõ.ij.
M edic⁹ est qꝛ oñia p ip̃m re
staurata sunt in celis ꝛ in ter
ra: ꝛ sicut ip̃e de se testať non
habẽt sani opus medico: sed
male habentes. Et qꝛ diximꝰ
quo instrumẽto fabricãdi: di-
camus et quo genere medicã
di. ℟. Tollite hinc vobiscũ mu-
nera: ꝛ ite ad dñm fr̃e: ꝛ cum inue
neritis adorate eũ sup terrã. De-
us autẽ me⁹ faciat vobis eũ pla-
cabilem ꝛ remittat ꝛ hunc fratrẽ
vestrum vobiscũ ꝛ eum quẽ tenet
in viculis. ℣. Tollite de optimis
frugib⁹ terre i vasis vestris ꝛ de-
ferte viro munera. De⁹. Lcõ.iij.
P reteriẽs iesus vidit homĩ
nem cecum a natiuitate sua:
expuit in terrã ꝛ fecit lutũ de
sputo: liniuitqꝫ oculos ei⁹: lu
tum de terra caro xp̃i est: spu
tum de ore diuinitas ẽ: quia
caput xp̃i de⁹. Per fabrũ er-
go xp̃m creatus es vt esses: p
medicum xp̃m recreatus es:
vt post vulnera sanus esses.
℟. Lamentabat iacob de duob⁹
filijs dicens: heu me dolens sum
de ioseph inocente pdito: ꝛ tristis
nimis de beniamin: duct⁹ sum p
eis moriar. Precor celestem regẽ
vt me dolentem nimiũ faciat eos
cernere. ℣. Heu me dñe dolẽs sũ
de ioseph: qꝛ fera pessima deuora
uit eum: heu me dñe dolens sum
de beniamin filio meo: dñs custo
diat eos. Precor. Laud. de fer.
dicantur ꝛ sic fiat q̃tidie. Cp̃.
Conuertimini ad me. H.j.
I Esu quadrage (Hy⁹.
narie/dicator abstinen
tie: qui ob salutẽ mentiũ/ hoc
sanxeras ieiunium. Q uo pa

radiso redderes/seruata psimonia: quos inde castrimargie/huc illecebra depulit.

Adesto nunc eccl'ie/adesto penitentie: que p suis excessibus/profusis orat fletibus.

Tu retro acta crimina/tua remitte gr'a: et a futuris adhibe/custodiam mitissime. Ut expiati anim9/ieiunioru victimis/tendam9 ad paschalia/digne coleda gaudia. Presta pr p fi. hy9. Clara dec9. I.vij. Ubi duo hym. vicissim p hebdomada dicent. ℣. Scuto circundabit. an. Amen dico vobis: quia nemo ppheta accept9 est in pria sua. ps. Bn'dictus. Oro.

Cordibus nr'is qs dn'e gr'am tua benign9 ifunde: vt sicut ab escis carnalib9 abstinemus: ita sensus quoqz nostros a noxijs retraham9 excessib9 p. Comeo. vts. U.i. pria ℣o pagat queadmodu I.i.ii. fer. xl. pnotat. Ad.iii.a. Aduenerut. et c. U.vi. Cp. esa.i.

Lauamini mudi estote auferte malu cogitationu vr'aru ab oculis meis: quiescite agere peruerse discite bn'facere: ait dn's ops Bria et ℣siculi vt supra in dn'ica cum orone diei. Ad.vi. an. Commendemus. U.vij. Br.

Q vbi supra. Cap. ibide. Uenite iudiciu subuenite oppsso: iudicate pupillo et defedite vidua: venite et arguite me dt dn's. Ad ir. a. Per arma iustitie. U.vi. Cp. ibide.

Si fuerint peccata vestra vt coccinum/quasi nix dealbabuntur: et si fuerint rubra qsi vermicul9 velut lana alba erut. Ad vel. psal. fer. cu suis a'is. Cp. eze. xviii.

Anima que peccauerit ipsa morietur: fili9 no portabit iniquitatem patris. et pater no portabit iniquitatem filij: iusticia iusti super eu erit et impietas impij super eum erit Br. Esto nobis domine Turris fortitudinis. ℣. A facie inimici. Turris. Gloria patri. Esto no. Hoc Br. cantandum est ad vesp. singulis diebus ferialibus vsqz ad passionem domini. hy9. Audi benigne. I.v. ℣. Angelis suis. an. Jesus autem trasiens per medium illorum ibat. ps. Magt. Oratio.

Subueniat nobis dn'e mia tua: vt ab iminetibus pcto℞ nr'orum periculis te mereamur ptegete saluari. P d. Comeo. fiat vts. U.ii. Hoc modo supradicto canta di sunt cursus diurnal. singulis ferijs vsqz ad passione domini. Fer. iij. fc.i. Gen. xlij

Audiens aute iacob qp alimenta vederent in

epypto: dixit filijs suis. Quare negligitis. Audiui q tri-ticum venūdetur in egypto. Descēdite et emite nobis necessaria/ vt possimus viuere: et non cōsumamur inopia. R. Iste est frater vester minimus: de quo dixeratis michi de9 misereatur tui fili mi. Festinauitq in domum et plorauit: quia erūpebant lachrime: et non poterat se continere. V. Attollēs autē oculos ioseph vidit beniamin frātem: com mota sunt omnia viscera eius super fratre suo. Festinauitq. Lc.ii

Descendētes igitur fratres ioseph decē: vt emerent frumenta i egipto beniamin domi retento a iacob: q̀ dixerat fratribus ei9 ne forte in itinere quicq̄ patiatur mali igressi sunt terrā egypti: cum alijs qui pergebant ad emendum. Erat aūt fames in terra chanaan. Et ioseph erat pceps in terra egipti: atq ad ei9 nutum frumēta populis vendebantur. R. Dixit ioseph vndecim fratrib9: ego sum ioseph quē vendidistis in egiptum: adhuc viuit pater noster senior de quo dixeratis michi. Ite adducite eum ad me vt possit viuere. V. Biēnium est eni quo cepit esse fames in terra: adhuc restant anni qnq. Ite adducite. Lectio tertia.

Cumq adorassent eū fratres sui et cognouisset eos: q̄si ad alienos durius loq̄batur interrogās eos. Unde venistis? Qui respōderunt de fra chanaan: vt emam9 victui necessaria. Et tñ fres ipse cognoscens: non est cognit9 ab eis. R. Loquēs ioseph fratrib9 suis et dixit pax vobis: nolite timere. Pro salute eni vestra misit me dominus ante vos. V. Nolite timere nec durū vobis esse videatur: q vendidistis me: in his regionibus. Pro salute. ān. Ubi duo vel tres cōgregati fuerint in nomine meo ibi sum in medio eorum dicit dñs. ps. Bñdict9. Oratio.

Exaudi nos oīps et misericors deus: et continētie salutaris ppici9 dona cōcede. P. Ad ves. ān. Non dico tibi septies: sed vsq septuagies septies. ps. Magt. Oratio.

Tua nos dñe ptectione defende: et ab omī nos semp iniqtate custodi. Per.

¶ Feria.iiij. Sm Matth.xv.

In illo tempore. Accesserūt ad iesum scribe: et pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediunt traditiones seniorum? Non eni lauant manus cum panē mādücāt. Et re. Hom. Lc. eiusdē.

Honora patrem tuum et matrem tuam: et in reuerentia videlicet obsequij et in dandis

muneribus. R. Dixit iudas fratribus suis. V. v. Lectio.ij.
Econtrario quod dixit. Qui maledixerit patri vel matri: maledictio non tantum pro verbo aspero: sed etiam pro subtractione beneficij ponitur. Honor in scripturis sanctis dupliciter ponitur: et videlicet pro reuerentia honoris: et pro datione muneris: vnde paulus apostolus ait. Presbiteri duplici honore habeantur. R. Extrahentes ioseph. V. vj. Lectio.iij
Preuidens omnipotens deus imbecillitates etatum / senectutes parentum precepit filijs eorum: vt postquam ad senectutem parentes eorum peruenirent: honorem impenderent non solum in obsequio: sed etiam in datione muneris R. Uides iacob. V. vj. ant. Audite et intelligite traditiones quas dominus dedit nobis. ps. Benedictus. Oratio.
Presta nobis quesumus domine: vt salutaribus ieiunijs eruditi a noxijs quoque vicijs abstinentes: propiciationem tuam facilius impetremus. Per dominum. Ad vesperas ant. Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem. ps. Magnificat. Oratio.
Concede quesumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiam querimus: liberati a malis omnibus libera tibi mente seruiamus. Per dominum. ¶ Feria quinta. Lectio. Gen. xlij.
Recordatusque ioseph somniorum: que aliquando viderat ait ad eos. Exploratores estis: vt videatis infirmiora terre venistis. Qui dixerunt. Non est ita domine: sed serui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri sumus pacifici venimus. Nec quicquam famuli tui machinantur mali. R. Igitur ioseph. V. v.
Quibus ille respondit. Aliter est. Immunita terre huius considerare venistis. At illi dixerunt. Duodecim inquiunt fratres serui tui sumus: filij viri vnius in terra chanaan. Minimus cum patre nostro est. Alius non est: super hoc est: ait / quod locutus sum. Exploratores estis. Iam nunc experimentum vestri capiam. R. Ioseph dum intraret in terram egipti linguam quam non nouit audiuit. Manus eius in laboribus seruierunt: et lingua eius inter principes loquebatur sapientiam. V. Diuertit ab oneribus dorsum eius. Manus eius. Lectio tertia.
Per salutem pharaonis non egrediemini hinc: donec veniat frater vester minimus. Mittite ex vobis vnum: et adducat eum vos autem eritis in vinculis: donec probentur que dixistis: vtrum vera vel falsa sint Alioquin per salutem pharao-

nis exploratores estis. R. Memento mei dum. V. vi. a. Operamini nō cibum q̄ perit: sed q̄ permanet i vitā eternā. p. Bn̄d9. Or.

DA quesumus domine rex eterne cunctorum: vt sacro nos purificatos ieiunio: sinceris quoqȝ mentibus ad tua sancta ventura nos facias peruenire. P. ¶ Ad ves. an. Panis eni dei est qui de celo descendit: et dat vitam mūdo. p.

SUbiectū Oro. (Mgt. tibi populū q̄s dn̄e ꝓpiciatio celestis amplificet: et tuis semper facias seruire mandatis. Per dominum.

¶ Fer. vi. scdm Ioannē. iiij.

IN illo tēpore. Venit iesus in ciuitatem samarie que dicitur sichar. Et reliqua. Homilia gregorij pape.

Cum dicit euangelista qꝫ in quo predio erat fons iacob. Addidit. Iesus inq̄t fatigatus ex itinere sedebat sic supra puteum: quē sanctus iacob ioseph filio suo reliquerat. Quod predium non tam ioseph quā xp̄o arbitror derelictum/ cuius figuram sanctus patriarcha ioseph portauit: quem vere sol adorat et luna: et oēs stelle bn̄dicūt. R. Merito hec patimur. V. vi. lc. ij.

AD hoc predium ideo venit domin9: vt samaritani qui hereditatem sibi p̄riarche israel vendicare cupiebāt: agnoscerent possessorem suum et conuerterētur ad christum qui legitim9 p̄riarche fact9 est heres. R. ii. Dixit rubē. V. vi. lc. iij

DIcit enim euangelista. Iesus fatigat9 ex itinere: sedebat sic super puteum. Porte9 eni mūdi huius terrenum laborem: et errorem tenebrosa ꝓfunditate significat: et qm̄ exterior est hō vetus: et nouus interior dictū est ab apostolo: et si exterior homo noster corrūpitur: sȝ renouatur homo noster interior de die in diem. R. Tollite hinc vobiscū. V. vij. an. Aqua quā ego dedero q̄ biberit ex ea: nō sitiet vltra. ps. Benedictus. Oratio

IEiunia n̄ra quesumus domine benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimentis in corpore: ita a vicijs ieiunemus in mente. Per d.

¶ Ad ves. a. Veri adoratores adorabunt patrem i spū et veritate. ps. Magnificat. Oratio.

PResta q̄s omp̄s deus: vt qui in tua ꝓtectione ꝯfidim9: cūcta nobis aduersātia te adiuuāte vincam9. P d.

Iudica domine nocentes me: expugna ipugnantes me. Apphende arma et scutū: ꝛ exurge in adiutorium michi. Effunde frameam et conclude aduersus

eos qui persequūtur me: dic
anime mee salus tua ego sum.
Confundantur et reuerean-
tur: querentes animam me-
am. Auertantur retrorsum
et confundantur: cogitantes
michi mala. Fiāt tanquam pul-
uis ante faciem vēti: et ange-
lus domini coartans eos.
Fiat via illorum tenebre et
lubricum: et angelus domini
persequens eos. Quoni-
am gratis absconderunt mi-
chi in interitū laquei sui: su-
peruacue exprobrauerūt ani
mam meam. Ueniat illi la-
queus quē ignorat: et captio
quam abscōdit apprehēdat eū:
et in laqueum cadat in ipsum.
Anima autē mea exultabit
in dño: et delectabitur in sa-
lutari suo. Omnia ossa mea di
cent: domine quis similis tui
Eripiens inopem de manu
fortiorū eius: egenum et pau-
perem a diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui: que
ignorabam interrogabāt me.
Retribuebant michi mala
pro bonis: sterilitatē anime
mee. Ego autem cum michi
molesti essent: induebar cili-
cio. Humiliabam in ieiunio
animam meam: et oratio mea
in sinu meo cōuertetur. Qua-
si proximū quasi fratrem no-
strum sic complacebam: qua-
si lugens et contristatus sic
humiliabar. Et aduersum
me letati sunt et cōuenerunt:
cōgregata sunt super me fla-
gella et ignoraui. Dissipati
sunt nec compuncti tentaue-
runt me subsannauerunt me
subsannatione: frenduerunt
super me dētibus suis. Domi-
ne quando respicies restitue
animam meam a malignita-
te eorum: a leonibus vnicam
meam. Confitebor tibi in ec-
clesia magna: in populo gra-
ui laudabo te. Non supergau-
deant michi qui aduersantur
michi inique: qui oderūt me
gratis et ānuūt oculis. Quo-
niam michi quidem pacifice
loquebantur: et in iracūdia ter-
re loquentes dolos cogita-
bant. Et dilatauerunt super
me os suū: dixerunt euge eu-
ge viderūt oculi nostri. Ui-
disti domine ne sileas: domi-
ne ne discedas a me. Exur-
ge et intēde iudicio meo: de-
us meus et dominus meus in
causam meā. Iudica me se-
cundum iusticiam tuam do-
mine deus meus: et non su-
pergaudeāt michi. Non di-
cant in cordibus suis euge eu-
ge anime nostre: nec dicant de-
uorabimus eum. Erubescāt
et reuereantur simul: qui gra
tulātur malis meis. Induān-

tur confusione et reuerentia: qui maligna loquuntur super me. Exultent et letentur qui volunt iusticiam meam: et dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iusticiam tuam: tota die laudē tuam. ps. xxxv.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in cōspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas et dolus: noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo astitit omni vie non bone: maliciam autem nō odiuit. Domine i celo misericordia tua: et veritas tua vsque ad nubes. Iusticia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa. Homines et iumenta saluabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus. Filij autē hominum: in tegmine alarum tuarum sperabūt. Inebriabūtur ab vbertate domus tue: et torrēte voluptatis tue potabis eos. Quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen. Pretende misericordiam tuā scientibus te: et iusticiam tuam his qui recto sūt corde. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatē: expulsi sunt nec potuerunt stare. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper. An. Expugna impugnātes me domine. Psalmus. xxxvj.

Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fenum velociter arescent: et quemadmodum olera herbarum cito decident. Spera in domino et fac bonitatem: et inhabita terram et pasceris in diuitijs eius. Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino viam tuam et spera in eo: et ipse faciet. Et educet quasi lumen iusticiam tuam/ et iudicium tuum tanquam meridiem: subditus esto domino et ora eum. Noli emulari in eo qui prosperatur ī via sua: et in homine faciente iniusticias. Desine ab ira et derelinque furorē: noli emulari vt maligneris. Qm̄ q̄ malignantur exterminabuntur: sustinentes autem dominum ipsi hereditabunt terrā. Et adhuc pusillū et non erit peccator: et queres locum eius et

non inuenies. Mansueti autem hereditabūt terrā: ⁊ delectabunt in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustum: ⁊ stridebit super eū dētibus suis. Dñs autē irridebit eum: qm̄ prospexit q̄ veniet dies eius. Gladiū euaginauerunt peccatores: intēderunt arcū suū. Ut decipiant pauperē et inopē: vt trucident rectos corde. Gladius eorū intret in corda ipsorum: ⁊ arcus eorū cōfringatur. Melius est modicū iusto: super diuitias pctōrū multas. Qm̄ brachia pctōrū conterentur: confirmat aūt iustos dñs. Nouit dñs dies immaculatorū: ⁊ hereditas eorum ineternū erit. Non ↄfundētur in tēpore malo et in dieb⁹ famis saturabūtur: q2 pctōres peribunt. Inimici vero dñi mox vt honorificati fuerint ⁊ exaltati: deficiētes quēadmodum fumus deficient. Mutuabit pctōr ⁊ nō soluet: iust⁹ aūt miseret et retribuet. Quia bñdicētes ei hereditabūt terrā: maledicētes aūt ei disperibunt. Apud dñm gressus hois dirigetur: ⁊ viā eius volet. Cū ceciderit iustus nō collidet: q2 dñs supponit manū suā. Iunior fui eteni senui/ et nō vidi iustum derelictū: nec semē ei⁹ q̄rens panē. Tota die miseretur et cōmodat: ⁊ semē illi⁹ in bñdictione erit. Declina a malo et fac bonū: et inhabita i scl'm seculi. Quia dñs amat iudiciū: et nō derelinquet sctōs suos: ineternū ↄseruabūtur. Iniusti punient: ⁊ semen ipsorū peribit. Iusti aūt hereditabūt trā: ⁊ inhabitabūt in scl'm scl'i sup eā. Os iusti meditabit sapiētiā: ⁊ lingua ei⁹ loq̄tur iudicium. Lex dei ei⁹ in corde ipi⁹: ⁊ nō supplātabunt gressus ei⁹. Cōsiderat pctōr iustū: ⁊ q̄rit mortificare eum. Dñs aūt nō derelinquet eū i manib⁹ ei⁹: nec dānabit eū cū iudicabit illi. Expecta dñm ⁊ custodi viā ei⁹ ⁊ exaltabit te vt hereditate capias terrā: cū perierit pctōres videbis. Uidi ipiū superexaltatū: ⁊ eleuatū sicut cedros libani. Et trāsiui ⁊ ecce nō erat: q̄siui eū ⁊ nō est inuent⁹ loc⁹ ei⁹. Custodi innocentiā ⁊ vide eq̄tatē: qm̄ sunt reliq̄e hoi pacifico. Iniusti aūt disperibūt: simul reliq̄e ipiorū intibūt. Sal⁹ aūt iustorū a dño: ⁊ ptector eorū i tēpore tribulationis. Et adiuuabit eos dñs et liberabit eos /et eruet eos a peccatoribus et saluabit eos: quia sperauerunt in eo. Ps.xxxvij.

Domine ne i furore tuo arguas me:neqz in ira tua corripias me. Qm̄ sagitte tue infixe sunt michi: ꝛ cōfirmasti super me manū tuā. Non est sanitas i carne mea a facie ire tue:nō est pax ossibus meis a facie peccatorum meorū. Qm̄ iniquitates mee supergresse sunt caput meū: et sicut onus graue grauate sunt sup me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiētie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsqz in finē:tota die cōtristatus igrediebar. Qm̄ lumbi mei impleti sunt illusionib⁹: ꝛ nō est sanitas in carne mea Afflictus sum et humiliat⁹ sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Dn̄e ante te om̄e desideriū meū: et gemitus meus a te nō est absconditus. Cor meū conturbatū est dereliquit me virtus mea: et lumen oculorū meorum et ipm̄ nō est mecū. Amici mei et proximi mei:aduersum me appropiquauerūt ꝛ steterūt. Et qui iuxta me erāt delonge steterūt: et vim faciebant qui querebāt aiam meā. Et qui iquirebāt mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabātur. Ego autē tanqꝫ surdus nō audiebā:et sicut mutus nō aperiēs os suū. Et factus sum sicut homo nō audiens:ꝛ non habēs in ore suo redargutiōes. Qm̄ in te dn̄e speraui:tu exaudies me dn̄e deus meus. Quia dixi nequādo supgaudeant michi inimici mei:ꝛ dū cōmouentur pedes mei sup me magna locuti sunt. Qm̄ ego in flagella paratus sum: et dolor me⁹ in cōspectu meo semper. Qm̄ iniquitatē meā annunciabo:et cogitabo pro peccato meo. Inimici autē mei viuunt ꝛ confirmati sunt super me:et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala ꝑ bonis detrahebāt michi:qm̄ sequebar bonitatem. Ne derelinquas me dn̄e de⁹ meus: ne discesseris a me. Intēde i adiutorium meū: dn̄e deus salutis mee. Gloria pr̄i. ℣. Reuela domino viā tuā. ℟. Dn̄e in celo mia tua. Et vsqz ad nubes ℣itas tua.

Dn̄ica prima post oct. epi. vsqz ad. xl. et ab oct. pētheco. vsqz ad aduentum dn̄i quotienscūqz de feria cantat ℣⁹. Fiat misericordia tua domie super nos. Quēadmodum sperauimus in te. Ad laudes. ps. l.

Miserere mei de⁹: scd̄m magnā miam tuā. Et scd̄m multitudinē miseratio-

num tuarũ: dele iniquitatem meã. Amplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a pctõ meo mũda me. Quõ̃ iniquitatem meã ego cognosco: et peccatũ meũ cõtra me est semper. Tibi soli peccaui ⁊ malũ corã te feci: vt iustificeris i sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Ecce eñ̃ i iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis cõcepit me mr̃ mea. Ecce eñ̃ veritatem dilexisti: incerta ⁊ occulta sapiẽtie tue manifestasti michi. Aspges me dñe ysopo et mundabor: lauabis me et sup niuẽ dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ et leticiã: ⁊ exultabũt ossa humiliata. Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: ⁊ omẽs iniquitates meas dele. Cor mundũ crea in me de⁹: ⁊ spm̃ rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: ⁊ spiritũ sanctũ tuum ne auferas a me. Redde michi leticiã salutaris tui: ⁊ spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ ipii ad te cõuertent. Libera me de sanguinib⁹ de⁹ de⁹ salutis mee: ⁊ exultabit ligua mea iusticiã tuã. Dñe labia mea aperies: ⁊ os meũ annũciabit laudẽ tuã. Quoniã si voluisses sacrificiũ dedissem vtiqꝫ: holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus: cor cõtritũ et humiliatũ deus nõ despicies. Benigne fac dñe in bona volũtate tua syon: vt edificent muri hierusalẽ. Tunc acceptabis sacrificiũ iusticie oblatiões ⁊ holocausta: tunc imponẽt sup altare tuũ vitulos. Gloria prĩ. Aã. Miserere mei deus. Psalmus. v.

Uerba mea aurib⁹ pcipe dñe: itellige clamorẽ meũ. Intẽde voci orationis mee: rex me⁹ et de⁹ me⁹. Quõ̃ ad te orabo dñe: mane exaudies vocẽ meã. Mane astabo tibi ⁊ videbo: qm̃ nõ de⁹ volẽs iniquitatẽ tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te malign⁹: neqꝫ pmanebũt iniusti ante oculos tuos. Odisti oẽs qui operãtur iniquitatẽ: perdes oẽs q̃ loquunt mẽdaciũ. Uirũ sanguinũ ⁊ dolosum abominabitur dñs: ego autẽ in multitudine mie tue. Introibo i domũ tuã: adorabo ad tẽplũ sãctũ tuũ in timore tuo. Dñe deduc me in iusticia tua propter inimicos meos: dirige i conspectu tuo viã meã. Qm̃ nõ est in ore eorũ veritas: cor eorũ vanũ est. Sepulcrũ patens est guttur eoꝝ/ linguis suis dolose agebãt: iudica il-

los de⁹. Decidāt a cogita-
tionibus suis scd̄m multitu-
dinē impietatū eorū expelle
eos: qm̄ irritauerunt te dn̄e.
Et letētur oēs qui sperāt in
te: ineternū exultabūt z habi
tabis in eis. Et gloriabunt
in te oēs qui diligūt nomen
tuū: qm̄ tu benedices iusto.
Dn̄e vt scuto bone volūta-
tis tue: coronasti nos. ān. In-
tellige clamorē meū. ā. De⁹ deus
me⁹: ad te de luce vigilo. idē ps.
Canticum Esaie. xij.
Confitebor tibi domie
qm̄ iratus es mihi: cō
uersus est furor tuus z cōso-
latus es me. Ecce de⁹ salua-
tor meus: fiducialiter agā et
nō timebo. Quia fortitudo
mea z laus mea dn̄s: et fact⁹
es michi i salutē. Haurietis
aquas in gaudio de fontib⁹
saluatoris: z dicetis i illa die
cōfitemini dn̄o z inuocate no
mē eius. Notas facite i po-
pulis adinuētiones ei⁹: me-
mētote qm̄ excelsum est no-
men eius. Cantate dn̄o qm̄
magnifice fecit: ānūciate hoc
in vniuersa terra. Exulta et
lauda habitatio syon: qr ma-
gnus in medio tui sanct⁹ is-
rael. ā Cōuersus est furor tuus
dn̄e et ꝯsolat⁹ es me. ā. Laudate
dominum de celis. ps. Ipsum.
Capitulum. j. corinthio. xvj.
Fratres vigilate z ora-
te/state i fide: viriliter
agite z cōfortamini: z oīa vr̄a
i charitate fiāt. d. g̃. hy⁹
Splendor paterne glo-
rie/de luce lucē proferēs: lux
lucis z fons luminis/dies diē
illuminās. Uerusq; sol illa-
bere/micās nitore perpeti: iu
barq; sancti spiritus/infunde
nostris sensib⁹. Uotis voce-
mus te patrē/patrē pennis
glorie: patrē potētis gratie/
culpā releget lubricā. Infor
met actus strēnuos/dentem
retundat inuidi: casus secun-
det asperos/donet gerendi
gratiā. Mētē gubernet z re-
gat/casto fideli corpore: fides
calore ferueat/fraudis vene-
na nesciat. Christusq; nobis
sit cibus/potusq; nr̄ sit fides:
leti bibamus sobriā/ebrieta-
tē spiritus. Letus dies hic
transeat/pudor sit vt dilucu-
lū: fides velut meridies/cre-
pusculū mens nesciat. Au-
rora cursus prouehit/aurora
totus prodeat: i patre totus
filius/et totus in verbo pa-
ter. Deo patri sit glīa/eiusq;
soli filio: cum spū paracleto/
i sempiterna scl'a. Amē. ℣. In
matutinis domine meditabor in
te. Quia fuisti adiutor meus. ā.
Benedictus dominus de⁹ israel.
ps. Ipm̄. Preces minores.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleysõ. Pater nr̃. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo. Ego dixi domine miserere mei. Sana animã meã: q2 peccaui tibi. Cõuertere dñe vsq̃quo. Et deprecabilis esto super seruos tuos. Fiat mĩa tua dñe sup nos. Queãdmodũ sperauimus in te. Cõfiteantur tibi dñe oĩa opera tua. Et sancti tui benedicant tibi. Sacerdotes tui induant̃ iusticiam. Et sancti tui exultent. Dñe saluos fac reges. Et exaudi nos in die qua inuocauerim⁹ te. Saluũ fac ppl'm tuũ dñe Et benedic hereditati tue: et rege eos ⁊ extolle illos: vsq3 in eternũ. Fiat pax in virtute tua. Et abundãtia in turribus tuis. Pro oĩbus nobis bona facientib⁹. Retribuere dignare oĩbus. Pro infirmis ⁊ captiuis. Libera deus israel ex oĩbus tribulatiõibus suis. Oremus pro fideli bus defunctis. Requiē eternã dona eis dñe: et lux ppetua luceat eis. Requiescant in pace. Amen. Pro fratrib⁹ et sororibus nostris absentibus. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas deus meus sperantes i te. Mitte eis auxilium de sancto. Et de syon tuere eos. Exaudi domine vocē meã qua clamaui ad te. Miserere mei et exaudi me. Ps. Miserere mei deus. ⁊c. Gloria patri. Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen sanctum tuum. Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam: et salui erimus. Domine exaudi orationē meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Orem⁹. Oratio dominicalis. Ordine pnotato dicēde sunt preces ad omnes horas diurnales singulis dieb⁹ ferialibus. ¶ Feria tertia Inuitatorium. Jubilem⁹ deo Salutari nostro. Ps. Venite. Hy⁹.

Consors paterni luminis/lux ipē lucis ⁊ dies: noctem canendo rumpimus/assiste postulantibus. Aufer tenebras mentiũ/fuga cateruas demonũ: expelle somnolentiam/ne pigritãtes obruat. Sic christe nobis oĩbus/indulgeas credentibus: vt prosit exorantibus/quod precinentes psallimus. Presta pater piissime. Psalmus.xxxviii.



Ixi custodiã vias meas: vt nõ delinquã in lingua mea. Posui ori meo custodiã: cũ consisteret peccator aduersũ me. Obmutui ⁊ humiliatus sum et silui a bonis: ⁊ dolor meus renouatus est. Cõcaluit cor meũ intra me: et ĩ meditatiõe mea exardescet ignis. Locutus sum ĩ lingua mea: notũ fac mihi dñe finẽ meũ. Et nũex dier meor qs ẽ: vt sciã q̃d desit michi. Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos: et substãtia mea tanq̃ nichilũ ante te. Uerũtamen vniuersa vanitas: oĩs homo viuens. Uerũtamẽ in imagine pertrãsit homo: sed ⁊ frustra cõturbatur. Thesaurizat ⁊ ignorat: cui cõgregabit ea. Et nũc que est expectatio mea nõne dñs: ⁊ substantia mea apud te est. Ab oĩbus iniquitatibus meis erue me: opprobriũ insipienti dedisti me. Obmutui et nõ aperui os meũ: quoniã tu fecisti amoue a me plagas tuas. A fortitudine manꝰ tue ego defeci ĩ increpationibꝰ: propter iniquitatem corripuisti hominẽ. Et tabescere fecisti sicut araneam aĩam eius: verũtamen vane cõturbat oĩs homo. Exaudi orõnẽ meã dñe ⁊ deprecationẽ meã: auribꝰ pcipe lachrymas meas. Ne sileas qm̃ aduena ego sum apud te et peregrinꝰ: sicut oẽs patres mei. Remitte michi vt refrigerer priusq̃ abeã: ⁊ ãpliꝰ nõ ero. ps. xxxix.

Expectãs expectaui dominũ: et intẽdit michi. Et exaudiuit preces meas: ⁊ eduxit me de lacu miserie ⁊ de luto fecis. Et statuit supra petrã pedes meos: ⁊ direxit gressus meos. Et misit ĩ os meũ canticũ nouum: carmen deo nostro. Uidebũt multi et timebũt: ⁊ sperabũt ĩ dño. Beatus vir cuius est nomẽ dñi spes eiꝰ: et nõ respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deꝰ meꝰ mirabilia tua: ⁊ cogitationibus tuis nõ est qui similis sit

tibi. Annunciaui et locutus
sum: multiplicati sunt sup nu
merū. Sacrificiū ꝛ oblatio-
nē noluisti: aures autē perfe-
cisti michi. Holocaustum et
pro pctō non postulasti: tunc
dixi ecce venio. In capite li-
bri scriptū est de me vt face-
rem voluntatē tuā deus meꝰ
volui: ꝛ legē tuā i medio cor-
dis mei. Annūciaui iusticiā
tuā in ecclesia magna: ecce la
bia mea non prohibebo dn̄e
tu scisti. Iusticiā tuā nō ab-
scondi in corde meo: veritatē
tuā ꝛ salutare tuū dixi. Nō
abscondi miam tuā ꝛ verita-
tē tuā: a consilio multo. Tu
autē dn̄e ne longe facias mi-
seratiōes tuas a me: mia tua
et veritas tua semp suscepe-
rūt me. Qm̄ circūdederunt
me mala quorū nō est nume-
rus: cōprehēderūt me iniqui
tates mee ꝛ nō potui vt vide
rē. Multiplicate sunt sup ca-
pillos capitis mei: ꝛ cor meū
dereliquit me. Cōplaceat ti
bi dn̄e vt eruas me: domine
ad adiuuādū me respice. Cō
fundanť ꝛ reuereanť simul: q̄
querūt aīam meā vt auferant
eā. Auertanť retrorsuꝫ ꝛ re-
uereanť: qui volūt michi ma
la. Ferāt confestim cōfusio-
nem suam: qui dicunt michi
euge euge. Exultent ꝛ leten
tur super te oēs querentes
te: ꝛ dicant semper magnifi-
cetur dn̄s qui diligūt saluta-
re tuū. Ego autē mendicus
sum ꝛ pauper: dn̄s sollicitus
est mei. Adiutor meus ꝛ p-
tector meus tu es: deꝰ meus
ne tardaueris. Gloria pr̄i. an.
Ut nō deliquā i ligua mea. ps. xl.

Beatus qui itelligit su-
per egenū et pauperē:
in die mala liberabit eū dn̄s.
Dn̄s conseruet eū et viuifi-
cet eū et beatū faciet eū i ter-
ra: ꝛ nō tradat eū in aiam ini-
micorū eius. Dn̄s opem fe-
rat illi sup lectū doloris eiꝰ:
vniuersum stratū eius versa-
sti in infirmitate eiꝰ. Ego di-
xi dn̄e miserere mei: sana ani-
mam meaꝫ quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala
michi: qn̄ morieť ꝛ peribit no-
mē eiꝰ. Et si ingrediebať vt
videret vana loquebatur: cor
eiꝰ congregabit iniquitatē si
bi. Egrediebatur foras: ꝛ lo
quebatur i idipsum. Aduer-
sum me susurrabant oēs ini-
mici mei: aduersum me cogi-
tabant mala michi. Uerbū
iniquū constituerunt aduer-
sum me: nunquid qui dormit
nō adijciat vt resurgat. Et-
enī homo pacis mee in q̄ spe
raui: qui edebat panes meos
magnificauit super me sup-

plantationem. Tu autē do-
mine miserere mei et resusci-
ta me:et retribuam eis. In
hoc cognoui quoniā voluisti
me : quoniam non gaudebit
inimicus meus sup me. Me
autem propter innocentiam
suscepisti : et confirmasti me
in conspectu tuo ineternum.
Benedictus dominus deus
israel:a seculo ꝛ in seculū fiat
fiat. Psalmus. xlj.
Quemadmodū deside-
rat ceruus ad fontes aquaꝝ:
ita desiderat anima mea ad
te deus. Sitiuit anima mea
ad deū fontem viuum:quan-
do veniam ꝛ apparebo ante
faciem dei. Fuerunt michi
lachryme mee panes die ac
nocte:dū dicitur michi quo-
tidie vbi est deus tuus. Hec
recordatus sum ꝛ effudi ī me
animam meam: qm̄ transibo
in locum tabernaculi admi-
rabilis vsq; ad domum dei.
In voce exultationis ꝛ con
fessionis : sonus epulantis.
Quare tristis es aīa mea:et
quare cōturbas me? Spe-
ra in deo quoniā adhuc con-
fitebor illi:salutare vultꝰ mei
ꝛ deus meus. Ad meipsum
anima mea conturbata est :
propterea memor ero tui de
terra iordanis ꝛ hermoniim
a monte modico. Abyssus
abyssum inuocat:in voce ca-
taractarum tuarum. Omnia
excelsa tua et fluctus tui:sup
me transierunt. In die man-
dauit dominus misericordiā
suā : et nocte canticum eius.
Apud me orō deo vite mee:
dicam deo susceptor meꝰ es.
Quare oblitꝰ es mei ꝛ qua-
re contristatus incedo: dum
affligit me inimicus? Dū cō
fringuntur ossa mea : expro-
brauerunt michi qui tribu-
lant me inimici mei. Dū di-
cūt michi per singulos dies:
vbi est deus tuus? Quare
tristis es anima mea: et qua-
re conturbas me? Spera in
deo quoniam adhuc confite-
bor illi:salutare vultus mei ꝛ
deus meus. Gloria patri et
filio:ꝛ spiritui sancto. Sicut
erat in principio. ā. Sana do-
mine animam meam quia pecca
ui tibi. Psalmus. xliiii.
Deus auribus nostris
audiuimus:patres nostri an
nunciauerunt nobis. Opus
quod operatus es in diebus
eorum:et ī diebus antiquis.
Manus tua gentes disper-
didit et plantasti eos:afflixi-
sti populos et expulisti eos.
Nec enim ī gladio suo pos-
sederūt terram: et brachium
eorum non saluabit eos.
Sed dextera tua et brachiū

tui: ꝛ illuminatio vultus tui: qm̄ cōplacuisti i eis. Tu es ipse rex meus ꝛ de⁹ me⁹: qui mādas salutes iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu: ꝛ i noīe tuo spernemus insurgētes in nobis. Non em̄ in arcu meo sperabo: ꝛ gladius meus nō saluabit me. Saluasti em̄ nos de affligētibus nos: ꝛ odientes nos ꝯfudisti. In deo laudabimur tota die: ꝛ in noīe tuo cōfitebimur tibi in seculum. Nūc autē repulisti ꝛ cōfudisti nos: ꝛ non egredieris de⁹ in virtutib⁹ nostris. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: ꝛ q̄ oderūt nos diripiebāt sibi. Dedisti nos tanq̄ȝ oues escarū: et in gētibus dispersisti nos. Vendidisti pplm̄ tuū sine precio: et non fuit multitudo in cōmutationib⁹ eoꝝ. Posuisti nos opprobriū vicinis nr̄is: subsannationē ꝛ derisuȝ his qui in circuitu nostro sunt. Posuisti nos in similitudinē gētibus: cōmotionē capitis in pplis. Tota die verecundia mea ꝯtra me est: et cōfusio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrātis ꝛ obloquētis: a facie inimici ꝛ persequētis. Hec om̄ia venerūt sup nos nec obliti sumus te: ꝛ inique nō egimus in testamēto tuo. Et nō recessit retro cor nostrū: ꝛ declinasti semitas nostras a via tua. Qm̄ hūiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortꝭ. Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expādimus man⁹ nostras ad deū alienū. Nōne deus requiret ista: ipe em̄ nouit abscōdita cordis. Qm̄ propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis. Exurge q̄re obdormis dn̄e: exurge et ne repellas i finē. Quare faciem tuā auertis: obliuiscerꝭ inopie nostre ꝛ tribulatiōis nostre. Qm̄ humiliata est in puluere aīa nostra: conglutinatus est in terra venter noster. Exurge domīe adiuua nos: ꝛ redime nos ꝓpter nomen tuum. Psalmus.xliiij.

Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Ligua mea calam⁹ scribe: velociter scribētis. Speciosus forma pre filijs hoīm / diffusa est gratia i labijs tuis: propterea bn̄dixit te deus ineternū. Accingere gladio tuo super femur tuū: potētissime. Specie tua ꝛ pulcritudine tua: intēde ꝓspere ꝓcede ꝛ regna. Propter veritatē ꝛ māsuetudinē

et iusticiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute: ppli sub te cadẽt in corda inimicoꝝ regẜ. Sedes tua de⁹ in sclm scli: virga directiõis virga regni tui. Dilexisti iusticiã & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo leticie pre consortib⁹ tuis. Myrrha & gutta & casia a vestimẽtis tuis a domibus eburneis: ex quib⁹ delectauerũt te filie regũ in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate.

Audi filia et vide et inclina aurẽ tuã: & obliuiscere populũ tuũ & domũ patris tui. Et cõcupiscet rex decorẽ tuum: qm̃ ipse est dñs deus tuus et adorabũt eũ. Et filie tyri in muneribꝰ: vultũ tuũ deprecabũtur oĩes diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis abintus in fimbrijs aureis: circũamicta varietatib⁹. Adducent regi ꝟgines post eã: proxime eius afferentur tibi. Afferent in leticia & exultatiõe: adducent in templũ regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnẽ terrã. Memor ero nois tui dñe: in omi gñatiõe et generationẽ. Propterea ppli cõfitebunt tibi ieternũ: & i sclꝫ scli. Gloria patri. An. Eructauit cor meũ vbũ bonum. Pro archanis. ps. xlv.

Deus noster refugiũ & virtus: adiutor i tribulationib⁹ que inuenerũt nos nimis. Propterea nõ timebimus dũ turbabit tra: & transferent montes in cor maris. Sonuerunt et turbate sunt aque eoꝝ: cõturbati sunt mõtes i fortitudine ei⁹. Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei: sanctificauit tabernaculũ suũ altissimus. Deus in medio ei⁹ non cõmouebit: adiuuabit eã deus mane diluculo. Cõturbate sunt gẽtes et inclinata sunt regna: dedit vocem suã mota est terra. Dñs virtutũ nobiscũ: susceptor noster de⁹ iacob. Venite et videte opera dñi: q̃ posuit prodia super terrã. Auferẽs bella vsq; ad finẽ terre / arcũ cõteret & cõfringet arma: & scuta cõburet igni. Vacate & videte qm̃ ego sum de⁹: exaltabor in gẽtibus et exaltabor i terra. Dñs virtutũ nobiscũ: susceptor noster deus iacob.

Omnes gẽtes ps. xlvi. plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultatiõis. Qm̃ dñs excelsus: terribilis rex magnus sup oẽm terrã. Subiecit pplos nobis: &

gẽtes sub pedib⁹ nrĩs. E legit nobis hereditatẽ suã: spe ciẽ iacob quẽ dilexit. A scendit de⁹ in iubilo: ꝛ dñs in voce tube. P sallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite. Q m rex oĩs terre de⁹: psallite sapiẽter. R egnabit de⁹ sup gentes: de⁹ sedet sup sedẽ sanctã suã. P rincipes populoꝝ cõgregati sunt cũ deo abꝛahã: qm dij foꝛtes terre vehemẽter eleuati sũt. G lia pri. Adiutoꝛ i tribulationib⁹. Psalm⁹. xlvij.

M Agnus dñs ꝛ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mõte sctõ ei⁹. F undatur exultatiõe vniuerse terre: mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni. D eus in domib⁹ ei⁹ cognoscet: cũ suscipiet eã. Q m ecce reges terre cõgregati sunt: cõuenerũt in vnũ. I psi vidẽtes sic admirati sunt cõturbati sunt cõmoti sunt: tremoꝛ appꝛehẽdit eos. I bi doloꝛes vt parturientis: in spiritu vehemẽti cõteres naues tharsis. S icut audiuimus sic vidim⁹ in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri: deus fundauit eã ineternũ. S uscepimus deus misericoꝛdiã tuã: in medio tẽpli tui. S ecũdũ nomen tuum deus sic ꝛ laus tua in fines terre: iusticia plena est dextera tua. L etetur mons syon et exultẽt filie iude: pꝛopter iudicia tua dñe. C ircũdate syon ꝛ cõplectimini eã: narrate in turribus eius. P onite coꝛda vestra in virtute ei⁹: et distribuite domos ei⁹ vt enarretis in pꝛogenie altera. Q m hic est de⁹ de⁹ nr̃ ineternũ ꝛ in sclm scli: ipe reget nos i scl'a. ps. xlviij.

A Udite hec oĩes gentes: aurib⁹ percipite qui habitatis oꝛbem. Q uiqꝫ terrigene ꝛ filij hominum: simul in vnũ diues et pauper. O s meũ loquetur sapientiã: et meditatio coꝛdis mei pꝛudentiã. I nclinabo i parabolã aurẽ meã: aperiã in psalterio ꝓpositionẽ meã. C ur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circũdabit me. Q ui cõfidunt in virtute sua: ꝛ i multitudine diuitiaꝝ suarũ gloꝛiant. F rater nõ redimit redimet homo: nõ dabit deo placationẽ suã. E t pꝛecium redẽptionis aĩe sue ꝛ laboꝛabit ineternũ: ꝛ viuet adhuc in finẽ. N on videbit interitum cũ viderit sapientes moꝛiẽtes: simul insipiens et stultus peribũt. E t relinquẽt alienis diuitias suas: ꝛ sepulchꝛa eoꝝ dom⁹ illoꝝ ieternũ.

Tabernacula eorum i progenie et pgenie: vocauerūt noīa sua in terris suis. Homo cū ī honore esset nō ītellexit: cōparatus est iumētis insipientib⁹ et sīlis fact⁹ est illis. Hec via illorum scandalū ipsis: et postea ī ore suo cōplacebūt. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et dn̄abunt eorum iusti ī matutino: et auxilium eorū veterascet in inferno a glīa eorū. Uerūtamē de⁹ redimet animā meā de manu inferi: cum acceperit me. Ne timueris cū diues fact⁹ fuerit homo: et cū multiplicata fuerit gloria dom⁹ ei⁹. Quoniam cū interierit non sumet omnia: neqꝫ descēdet cū eo glīa ei⁹. Quia anima eius in vita ipsius benedicet: confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit vsqꝫ in progenies patrum suorum: et vsqꝫ ineternū non videbit lumē. Homo cū in honore esset nō intellexit: cōparatus est iumentis insīpiētib⁹ et sīlis factus est illis. Gloria pr̄i. Aurib⁹ pcipite qui habitatis orbem. ps. xlix.

Deus deorum dn̄s locut⁹ est: et vocauit terram. A solis ortu vsqꝫ ad occasū: ex syon species decoris ei⁹. Dn̄s manifeste veñiet: de⁹ nr̄ et nō silebit. Ignis i cōspectu ei⁹ exardescet: et ī circuitu ei⁹ tēpestas valida. Aduocauit celū desursum: et terrā discernere ppl̄m suū. Congregate illi sctōs ei⁹: q̇ ordināt testamētū ei⁹ super sacrificia. Et annūciabunt celi iusticiā ei⁹: qm̄ de⁹ iudex est. Audi populus me⁹ et loquar isrl̄: et testificabor tibi de⁹ de⁹ tu⁹ ego sum. Non in sacrificijs tuis arguā te: holocausta aūt tua ī cōspectu meo sūt semp. Nō accipiam de domo tua vitulos: neqꝫ de gregib⁹ tuis hyrcos. Qm̄ mee sunt oēs fere siluarū: iumēta ī mōtib⁹ et boues. Cognoui oīa volatilia celi: et pulchritudo agri mecū est. Si esuriero nō dicā tibi: meus est em̄ orbis terre et plenitudo ei⁹. Nūquid mānducabo carnes taurorū: aut sanguinem hyrcorum potabo? Immola deo sacrificiū laudis: et redde altissīo vota tua. Et īuoca me ī die ťbulatiōis: eruā te et honorificabis me. Pctōri aūt dixit de⁹: q̄re tu enarras iusticias meas: et assumis testamētū meū p os tuū. Tu vero odisti disciplinā: et piecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem currebas cū eo: et cū adulteris portionē tuam ponebas.

Os tuū abundauit malicia: ꝛ lingua tua cōcinnabat dolos. Sedēs aduersus fratrē tuū loquebaris / et aduersus filiū matris tue ponebas scādalū: hec fecisti ꝛ tacui. Existimasti inique qđ ero tui similis: arguā te ꝛ statuā cōtra faciē tuā. Intelligite hec q̄ obliuiscimini deū: nequando rapiat ꝛ nō sit q̄ eripiat. Sacrificiū laudis honorificabit me: ꝛ illic iter quo ostendā illi salutare dei. Psalmus.ii.

Quid gloriaris in malicia: qui potēs es in iniquitate? Tota die iniusticiā cogitauit ligua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti maliciā sup benignitatē: iniquitatem magis q̄ȝ loqui equitatē. Dilexisti oīa ꝟba precipitationis: lingua dolosa. Propterea de⁹ destruet te in finē / euellet te ꝛ emigrabit te de tabernaculo tuo: ꝛ radicē tuā de t̄ra viuētium. Videbūt iusti ꝛ timebunt et super eū ridebunt et dicēt: ecce homo qui nō posuit deū adiutorē suū. Sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū: ꝛ preualuit in vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in mia dei ineternū ꝛ in seculū seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti: et expectabo nomen tuū quoniā bonū est in cōspectu sanctorū tuorum. Gloria patri. an. Deus deorum dn̄s locutus est. ℣. Immola deo sacrificiū laudis. Et redde altissimo vota tua. Ad laudes. a. Secūdū magnā misericordiam tuā: miserere mei deus. ps idem. Psalmus.xlii.

Iudica me de⁹ ꝛ discerne causam meā de gēte nō sancta: ab hoīe iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti ꝛ quare tristis incedo dū affligit me inimicus. Emitte lucē tuam ꝛ veritatē tuam: ipsa me deduxerunt ꝛ adduxerunt in montē sanctū tuum ꝛ in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuētutem meā. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es anima mea ꝛ quare cōturbas me? Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: salutare vultus mei ꝛ deus meus. Gloria patri. a. Salutare vultus mei ꝛ de⁹ meus. an. Ad te de luce vigilo. ps. Deus de⁹ me⁹. Canticum ezechie regis. Esaie.xxxviii.

Ego dixi I dimidio dierū meoꝝ: vadā ad portas inferi. Quesiui residuū anno-

rũ meoꝝ: dixi nõ videbo dñz deũ in terra viuentiũ. Non aspiciam hominẽ vltra: ꝛ habitatoꝛẽ quietis. Generatio mea ablata eſt ꝛ cõuoluta eſt a me: quaſi tabernaculũ paſtoꝛũ. Precisa eſt velut a texente vita mea: dũ adhuc oꝛdirer ſuccidit me. De mane vſqȝ adveſperã finies me: ſperabã vſqȝ ad mane quaſi leo ſic cõtriuit oia oſſa mea. De mane vſqȝ ad veſperã finies me: ſicut pullus hyꝛũdinis ſic clamabo meditaboꝛ vt colũba. Attenuati ſunt ocli mei: ſuſpicientes in excelſo. Dñe vim patioꝛ reſponde ꝓ me: quid dicã aut quid reſpõdebit michi cũ ipſe feceri. Recogitabo tibi omnes annos meos: ĩ amaritudine aie mee. Dñe ſi ſic viuitur ꝛ in talib⁹ vita ſpũs mei coꝛripies me ꝛ viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Tu autẽ eruiſti aiam meam vt nõ periret: pꝛoieciſti poſt tergũ tuũ oĩa peccata mea Quia nõ infernus cõfitebit tibi neqȝ moꝛs laudabit te: nõ expectabũt qui deſcendũt in lacũ veritatẽ tuã. Viuẽs viuẽs ipſe confitebit tibi ſicut et ego hodie: pater filijs notam faciet veritatẽ tuã. Dñe ſaluũ me fac: ꝛ pſalmos nr̃os cãtabimus cunctis dieb⁹ vite noſtre in domo dñi. Gl̃ia pr̃i. an. Cunctis diebus vite noſtre ſaluos fac nos dñe. ã. In excelſis laudate deũ. ps Laudate dñm de celis. Hymnus.

Ales diei nũcius / lucẽ pꝛopinquã ꝓcinit: nos excitatoꝛ mentiũ / iã xp̃s ad vitã vocat. Auferte clamat lectulos / egros ſopoꝛe deſides: caſtiqȝ recti ac ſobꝛij / vigilate iã ſum pꝛoxim⁹ Ieſum ciamus vocib⁹ / flentes ꝓcãtes ſobꝛie: intẽta ſupplicatio / doꝛmire coꝛ mundũ vetat. Tu xp̃e ſomnũ diſcute / tu rũpe noctis vincula: tu ſolue peccatũ vetus / nouũqȝ lumen ingere. Deo patri ſit gl̃ia. ℣. In matutinis dñe meditaboꝛ ĩ te. Quoniã fuiſti adiutoꝛ me⁹. Ad bñd⁹. ã. Erexit dñs nobis coꝛnu ſalutis: ĩ domo dauid pueri ſui. ps. Bñdictus dñs de⁹. ¶ Fer. iiij. inuit. In manu tua dñe Omnes fines terre. ps. Venite exultemus. Hymn⁹.

Rerũ creatoꝛ optime / rectoꝛqȝ noſter aſpice: nos a quiete noxia / merſos ſopoꝛe libera. Te ſancte xp̃e poſcim⁹ / ignoſce tu criminibus: ad cõfitendũ ſurgimus / moꝛaſqȝ noctis rũpim⁹. Mẽtes manuſqȝ tollimus / ꝓpheta ſicut noctib⁹: nobis gerẽ-

dixit: fecinit/paulusq; gestis cen-
suit. Uides malū quod ges-
simus/occulta nostra pandi-
mus: preces gemētes fundi-
mus/ dimitte q̄d peccauim⁹.
Presta pr̄ pijssime. ps.lij.



Dixit insipiēs in corde suo: non
est de⁹ Corrupti sunt ꝛ abo-
minabiles facti sunt ī iniqui-
tatib⁹: nō est qui faciat bonū.
Dñs de celo ꝓspexit sup fi-
lios hoim: vt videat si est in-
telligēs aut requirēs deum.
Oēs declinauerūt simul inuti
les facti sunt: non est q̄ faciat
bonū nō est vsq; ad vnū. Nō-
ne scient oēs q̄ operant̄ iniq̄-
tatē: qui deuorant plebē meā
vt cibū panis. Deū nō inuo-
cauerūt: illic trepidauerūt ti-
more vbi nō fuit timor. Qm̄
de⁹ dissipauit ossa eoꝝ q̄ ho-
minib⁹ placēt: cōfusi sunt qm̄
de⁹ spreuit eos. Quis dabit
ex syon salutare isrl̄: cū auer-
terit dñs captiuitatē plebis
sue exultabit iacob et letabi-
tur israel. Psalm⁹.liiij.

Exaudi de⁹ orōnē meā ꝛ
ne despexer; depcationē meā
itēde mihi ꝛ exaudi me. Cō-
tristatus sum ī exercitatione
mea: et cōturbat⁹ sum a voce
inimici et a tribulatiōe pctō-
ris. Qm̄ declinauerūt in me
iniq̄tates: ꝛ ī ira molesti erāt
michi. Cor meū conturbatū
est ī me: ꝛ formido mortis ce-
cidit sup me Timor ꝛ tremor
venerūt sup me: ꝛ cōtexerunt
me tenebre. Et dixi q̄s dabit
michi pennas sicut colūbe: ꝛ
volabo ꝛ requiescā? Ecce elō
gaui fugiēs: ꝛ māsi ī solitudi-
ne. Expectabā eū qui saluū
me fecit: a pusillanimitate spi
ritus ꝛ tēpestate. Precipita
dñe diuide linguas eoꝝ: qm̄
vidi iniquitatē ꝛ cōtradictio-
nē in ciuitate. Die ac nocte
circūdabit eā sup muros ei⁹
iniquitas: ꝛ labor ī medio ei⁹
ꝛ iniusticia. Et nō defecit de
plateis eius: vsura et dolus.
Quoniam si inimicus meus
maledixisset michi: sustinuis-
sem vtiq;. Et si is qui oderat
me super me magna locutus
fuisset: abscondissem me for-

ſitâ ab eo. Tu vero homo vnanimis: dux meus ꝛ notus meus. Qui ſimul mecū dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cū conſenſu. Ueniat mors ſuper illos: et deſcendāt in infernū viuētes. Quoniā nequitie in habitaculis eorum: i medio eorū. Ego autē ad dominum clamaui: et dñs ſaluauit me. Ueſpere ꝛ mane et meridie narrabo ꝛ annūciabo: ꝛ exaudiet vocem meā. Redimet in pace animā meā ab his q̇ appropinquāt michi: quoniam inter multos erant mecum. Exaudiet de⁹ et humiliabit illos: qui eſt ante ſecula. Nō enī eſt illis cōmutatio et non timuerunt deū: extendit manū ſuā in retribuendo. Contaminauerūt teſtamētū eius diuiſi ſunt ab ira vultus ei⁹: et appropinquauit cor illi⁹. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleū: ꝛ ipſi ſunt iacula. Iacta ſuper dominū curam tuā ꝛ ipſe te enutriet: ꝛ nō dabit ineternū fluctuationē iuſto. Tu vero deus: deduces eos i puteum interitus. Uiri ſanguinū et doloſi non dimidiabūt dies ſuos: ego autem ſperabo in te dñe. Gloria pri. añ. Auertat dñs captiuitatē plebis ſue. Pſalmus. lv.

Miſerere mei deus qm̄ cōculcauit me hō: tota die ipugnās tribulauit me. Cōculcauerūt me iimici mei tota die: qm̄ multi bellātes aduerſum me. Ab altitudie diei timebo: ego vero in te ſperabo. In deo laudabo ſmōes meos i deo ſperaui: nō timebo q̇d faciat michi caro. Tota die verba mea execrabātur: aduerſum me oēs cogitationes eorꝫ i malū. Inhabitabūt ꝛ abſcōdēt: ipſi calcaneū meū obſeruabūt. Sicut ſuſtinuerūt aiaꝫ meā ꝑ nichilo ſaluos facies illos: in ira populos ꝯfriges. Deus vitā meā ānūciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas i ꝯſpectu tuo. Sicut et in ꝓmiſſiōe tua: tūc cōuertētur iimici mei retrorſū. In quacūqꝫ die inuocauero te: ecce cognoui qm̄ de⁹ me⁹ es. In deo laudabo verbum in dño laudabo ſermonē: in deo ſperaui nō timebo quid faciat michi hō. In me ſunt deus vota tua: q̄ reddam laudatiōes tibi. Quoniam eripuiſti animā meam de morte/ ꝛ pedes meos de lapſu: vt placeā corā deo in lumine viuentiū. Pſ. dauid cū ſurgeret a facie ſaul regis iſrl. Pſ. lvi.

Miſerere mei de⁹ miſerere mei: quoniam in

te confidit anima mea. E t
in vmbra alarũ tuarum spe=
rabo: donec trãseat iniquitas.
C lamabo ad deũ altissimũ:
deũ qui benefecit michi. Mi=
sit de celo ⁊ liberauit me: de=
dit in opprobriũ cõculcãtes
me. M isit deus misericordiã
suã ⁊ veritatem suã/⁊ eripuit
aiam meã de medio catuloꝝ
leonũ: dormiui cõturbatus.
F ilij hoim dentes eorũ ar=
ma ⁊ sagitte: lingua eoꝝ gla
dius acutus. E xaltare sup
celos deꝰ: ⁊ sup oẽm terram
gl̃ia tua. L aqueum paraue=
rũt pedibꝰ meis: et incurua=
uerũt aiam meã. F oderunt
ante faciem meã foueã: et in=
ciderũt in eã. P aratum cor
meũ deꝰ paratũ cor meũ: cã=
tabo ⁊ psalmũ dicã. E xurge
gl̃ia mea exurge psalteriũ et
cithara: exurgam diluculo.
C õfitebor tibi i ppl̃is dñe:
et psalmũ dicam tibi in gẽti=
bus Q uam magnificata est
vsq₃ ad celos mia tua: ⁊ vsq₃
ad nubes veritas tua. E xal=
tare sup celos deus: ⁊ super
oẽ₃ terrã gl̃ia tua. G l̃ia pr̃i.
Añ. Qm̃ in te ↄfidit anima mea.
S I vere vtiq₃ ps.lvij.
iusticiã loquimini: re=
cte iudicate filij hoim E tem
in corde iniquitates opera=
mini in terra: iniusticias ma
nus vestre ↄcinnãt. A liena=
ti sunt pctõres a vulua erra=
uerunt ab vtero: locuti sunt
falsa. F uror illis scđm simi=
litudinẽ serpẽtis: sicut aspi=
dis surde ⁊ obturãtis aures
suas. Q ue nõ exaudiet vocẽ
incãtantiũ: ⁊ venefici incan=
tãtis sapienter. D eus cõte=
ret dentes eorũ in ore ipsoꝝ:
molas leonũ cõfringet dñs.
A d nichilũ deuenient tanq₃
aqua decurrẽs: intẽdit arcũ
suũ donec infirment. S icut
cera que fluit auferent: sup=
cecidit ignis ⁊ nõ viderũt so
lem. P riusq₃ intelligerẽt spi
ne vestre rhamnũ: sicut viuẽ=
tes sic in ira absorbet eos.
L etabitur iustus cũ viderit
vindictã: manus suas laua=
bit in sanguine pctõris. E t
dicet homo si vtiq₃ est fructꝰ
iusto: vtiq₃ est deus iudicãs
eos in terra. ps dauid quan=
do misit saul ⁊ custodiuit do
mũ eius vt interficeret eum.
E Ripe me Psal.lviij.
de inimicis meis deꝰ
meus: ⁊ ab insurgentibus in
me libera me. E ripe me de
operantibus iniquitatem: et
de viris sanguinũ salua me.
Q uia ecce ceperunt animã
meã: irruerunt in me fortes.
N eq₃ iniq̃tas mea neq₃ pec
catũ meũ dñe: sine iniquita=

te cucurri et direxi. Exurge in occursum meũ et vide: et tu dñe deus virtutum de⁹ israel Intende ad visitandas omnes gẽtes: nõ miserearis oĩbus qui operãtur iniquitatẽ. Conuertãtur ad vesperam/ et famẽ patiẽtur vt canes: et circuibunt ciuitatem. Ecce loquẽtur in ore suo / et gladi⁹ in labijs eorum: qm̃ quis audiuit? Et tu dñe deridebis eos: ad nichilũ deduces omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam/ quia deus susceptor meus es: de⁹ meus mia eius pueniet me. Deus ostendit michi inimicos meos ne occidas eos: ne quando obliuiscãtur populi mei. Disperge illos in virtute tua: et depone eos ptector meus domine. Delictũ oris eorum sermonem labiorũ ipsorum: et comprehẽdantur in superbia sua. Et de execratione et mendatio: annunciabuntur in ɔsummatione. In ira ɔsummatiõis et non erũt: et scient quia deus dñabitur iacob et finiũ terre. Conuertantur ad vesperam/ et famen patientur vt canes: et circuibũt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati et murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinẽ tuam: et exaltabo mane miam tuam. Quia fact⁹ es susceptor meus et refugium meum: in die tribulationis mee. Adiutor meus tibi psallam/ qr de⁹ susceptor me⁹ es: deus me⁹ misericordia mea. Gloria patri et filio. Sicut erat. an. Iuste iudicate filij hoim. ps. lix.

Deus repulisti nos et destruxisti nos: irat⁹ es et misertus es nobis. Cõmouisti terram et conturbasti eã: sana contritiones ei⁹ quia cõmota est. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino cõpunctionis. Dedisti metuẽtibus te significationẽ: vt fugiant a facie arcus. Vt liberent dilecti tui: saluũ fac dextera tua et exaudi me. De⁹ locutus est in sancto suo / letabor et partibor siccimã: et conuallẽ tabernaculorum metibor. Meus est galaad et meus est manasses: et effraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: moab olla spei mee. In idumeã extendã calciamẽtũ meũ: michi alienigene subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitã: quis deducet me vsqz i idumeã? Nõne tu deus qui repulisti nos: et nõ egredieris de⁹ in virtutibus nostris. Da nobis au-

xilium de tribulatione: quia vana sal⁹ hominis. In deo faciemus virtutem: et ipse ad nichilum deducet tribulantes nos. Psalmus.lx.

Exaudi de⁹ deprecationem meã: intende orationi mee. A finibus terre ad te clamaui/dum anxiaretur cor meum: in petra exaltasti me. Deduxisti me quia fact⁹ es spes mea:turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarũ tuarum. Quoniam tu deus meus exaudisti orationẽ meam;dedisti hereditatem timẽtibus nomen tuum. Dies super dies regis adijcies:annos eius vsq; i diem generationis ꝛ generationis. Permanet ineternũ in conspectu dei:misericordiam ꝛ veritatẽ ei⁹ quis requiret? Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi:vt reddam vota mea de die in diem. Gloria patri ꝛ filio/et spũi sctõ. Sicut erat. Añ. Da nobis domine auxilium de tribulatione. ps.lxi.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. Nam ꝛ ipse deus meus ꝛ salutaris meus: susceptor me⁹ non mouebor amplius. Quousq; irruitis in hominem interficitis vniuersi vos:tanq; parieti inclinato et macerie depulse. Verũtamen precium meum cogitauerunt repellere/cucurri in siti: ore suo benedicebant et corde suo maledicebant. Verũtamen deo subiecta esto anima mea: qm̃ ab ipso patiẽtia mea. Quia ipse deus me⁹ ꝛ saluator meus adiutor meus nõ emigrabo. In deo salutare meũ et gloria mea: deus auxilij mei et spes mea in deo est. Sperate in eo omnis congregatio populi / effundite coram illo corda vestra:de⁹ adiutor noster ineternum. Verũtamen vani filij hominum / mendaces filij hominuz in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Nolite sperare in iniquitate/ ꝛ rapinas nolite ꝯcupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere. Semel locut⁹ est deus duo hec audiui/ quia potestas dei est et tibi domine misericordia: quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. Psalmus.lxiii.

Exaudi deus orationez meam cum deprecor:a timore inimici eripe animam meam. Protexisti me a conuentu malignantium: a multudine operantium iniquita-

tem. Quia exacuerũt vt gla
dium linguas suas/ intende=
runt arcum rem amaram : vt
sagittent in occultis immacu
latum. Subito sagittabunt
eum et non timebunt : firma=
uerunt sibi sermonem neq̃3.
Narrauerunt vt abscõde=
rent laqueos : dixerunt quis
videbit eos? Scrutati sunt
iniquitates: defecerunt scru=
tãtes scrutinio. Accedet ho
mo ad cor altum:et exaltabi=
tur deus. Sagitte paruulo=
rum facte sunt plage eorum:
et infirmate sunt contra eos
lingue eorum. Conturbati
sunt omnes qui videbãt eos:
et timuit omnis homo. Et an
nunciauerũt opera dei: ꝛ fa
cta eius intellexerunt. Le=
tabitur iustus in domino et
sperabit in eo:ꝛ laudabuntur
omnes recti corde. Gloria pa=
tri et filio. An. A timore inimici
eripe animam meam. Ps. lxv.
Iubilate deo om̃is ter=
ra/psalmum dicite no=
mini eius : date gloriam lau=
di eius. Dicite deo quã ter=
ribilia sunt opera tua domĩe:
in multitudine ꝟtutis tue mẽ
tientur tibi inimici tui. Om=
nis terra adoret te et psallat
tibi:psalmũ dicat nomini tuo
Uenite et videte opera dei:
terribilis in cõsilijs super fi=
lios hominum. Qui cõuer=
tit mare in aridam in flumine
pertransibũt pede:ibi letabi=
mur in ipõ. Qui dominatur
in virtute sua ĩeternum/ ocu=
li eius super gentes respici=
unt : qui exasperant non ex=
altentur in semetipsis. Bene=
dicite gentes deum nostrũ:
et auditam facite vocem lau=
dis eius. Qui posuit animã
meã ad vitã: ꝛ nõ dedit in cõ=
motionẽ pedes meos Quo=
niam probasti nos de⁹ : igne
nos examinasti sicut exami=
natur argentum. Induxisti
nos in laqueũ posuisti tribu=
lationes in dorso nostro: im=
posuisti homines super capi
ta nostra. Transiuimus per
ignem et aquam : et eduxisti
nos in refrigeriũ. Introibo
in domum tuam in holocau=
caustis : reddã tibi vota mea
que distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum:in
tribulatione mea. Holocau
sta medullata offeram tibi cũ
incenso arietum : offeram ti=
bi boues cum hyrcis. Ue=
nite audite et narrabo om=
nes qui timetis deum:quan=
ta fecit anime mee. Ad ip=
sum ore meo clamaui:ꝛ exul=
taui sub lingua. Iniquita=
tem si aspexi in corde meo :
non exaudiet dominus.

Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecatiōis mee. Benedictus deus: qui non amouit oratione mea et miam suam a me. ps.lxvii.

Exurgat de⁹ et dissipent inimici ei⁹: et fugiant q̄ oderunt eum a facie ei⁹. Sicut deficit fum⁹ deficiāt/sicut fluit cera a facie ignis; sic pereant pctōres a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in cōspectu dei: et delectētur in leticia. Cantate deo psalmum dicite noi eius / iter facite ei qui ascēdit sup occasum: dn̄s nomen illi. Exultate in cōspectu eius: turbabūtur a facie eius pr̄is orphanorum: et iudicis viduarū. Deus in loco sctō suo: de⁹ qui inhabitare facit vnius moris i domo. Qui educit vinctos i fortitudine similiter eos q̄ exasperāt: q̄ habitāt in sepulchris. Deus cum egredereris in ɔspectu ppl̄i tui: cū pertrāsires in deserto. Terra mota est etei celi distillauerunt a facie dei synai: a facie dei israel. Pluuiam voluntariā segregabis de⁹ hereditati tue et infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabūt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dn̄s dabit verbum euāgelizantibus: virtute multa. Rex virtutum dilecti dilecti: et speciei dom⁹ diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros pēne columbe deargentate: et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dū discernit celestis reges super eā niue dealbabūtur in selmon: mōs dei mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis; vt q̄d suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est deo habitare i eo: etenim dn̄s habitabit in finē. Currus dei decē milib⁹ multiplex milia letantiū: dn̄s in eis i synai in sancto. Ascendisti in altū cepisti captiuitatē: accepisti dona in hominib⁹. Etenī nō credentes: inhabitare dominum deū. Bn̄dict⁹ dn̄s die quotidie: psperum iter faciet nobis deus salutariū nr̄orū. Deus noster de⁹ saluos faciendi: et dn̄i dn̄i exit⁹ mortis. Verūtamen deus ɔfringet capita inimicorū suorū: verticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dn̄s ex basam ɔuertā: ɔuertā in pfundū maris. Vt intinguat pes tuus in sanguine: lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso. Viderūt ingressus tuos deus: igressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preue-

nerũt principes ꝯiuncti psal-
lentib⁹: in medio iuuẽcularũ
tympanistriarum. In eccle
sijs bñdicite deo dño: de fon
tibus israel. Ibi beniamin
adolescentulus: in mẽtis ex-
cessu. Principes iuda duces
eorum: principes zabulon et
principes neptalim. Manda
deus virtuti tue: cõfirma de⁹
hoc quod opatus es i nobis
A templo tuo in hierlm: tibi
offerent reges munera. In-
crepa feras arũdinis / cõgre-
gatio taurorũ in vaccis po-
pulorũ: vt excludant eos qui
probati sunt argento. Dissi-
pa gentes q̃ bella volunt ve-
niẽt legati ex egypto: ethio-
pia preueniet manus ei⁹ deo.
Regna tre cãtate deo: psal-
lite dño. Psallite deo q̃ ascẽ
dit super celũ celi: ad orientẽ.
Ecce dabit voci sue vocem
virtutis / date gliam deo sup
israel: magnificẽtia eius ꝛ vir
tus eius in nubib⁹. Mirabi-
lis de⁹ in sctis suis / de⁹ israel
ipse dabit virtutẽ ꝛ fortitudi
nem plebi sue: bñdict⁹ deus.
Gloria pri. an. In ecclesijs be
nedicite domino. ps. Deus vitã
meã annunciaui tibi. Posuisti la
chrimas meas in conspectu tuo.
¶ Ad laudes. añ. Amplius la
ua me deus ab iniusticia mea.
ps. Miserere mei deus secũ
dum magnã. Psalmus. lxiiii.
Te decet hymn⁹ de⁹ in
syon: ꝛ tibi reddet vo-
tum in hierlm. Exaudi de⁹
orationẽ meam: ad te ois ca-
ro veniet. Verba iniquorũ
preualuerunt super nos: ꝛ im
pietatibus nostris tu propi-
ciaberis. Beatus quem ele-
gisti et assumpsisti: inhabita-
bit in atrijs tuis. Replebi-
mur in bonis domus tue: san
ctum est templũ tuũ mirabi-
le i eq̃tate. Exaudi nos de-
us salutaris noster: spes om-
nium finiũ terre ꝛ in mari lõ-
ge. Preparãs mõtes in vir-
tute tua accinctus potentia:
qui conturbas ꝓfundum ma
ris sonũ fluctuum ei⁹. Tur-
babuntur gẽtes et timebunt
q̃ habitãt terminos a signis
tuis: exitus matutini ꝛ vespe
re delectabis. Visitasti ter-
ram ꝛ inebriasti eã: multipli-
casti locupletare eã. Flumẽ
dei repletũ est aquis: parasti
cibũ illoꝝ qm̃ ita est prepara
tio ei⁹. Riuos ei⁹ inebrians
multiplica genimina eius: in
stillicidijs eius letabitur ger
minans. Benedices corone
anni benignitatis tue: ꝛ cam-
pi tui replebuntur vbertate.
Pinguescẽt speciosa deser-
ti: ꝛ exultatione colles accin-
gentur. Induti sunt arietes

ouium: et valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent. An. Te decet hymnus deus in syon. An. Labia mea laudabunt te in vita mea deus meus. Ps. Deus deus meus.

Canticum anne. i. Regum. ii.

Exultavit cor meum in domino: et exaltatum est cor meum in deo meo. Dilatatum est os meum super inimicos meos: quia letatus sum in salutari tuo. Non est sanctus vt est dominus/ neque enim est alius extra te: et non est fortis sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes. Recedant vetera de ore vestro/ quia deus scientiarum dominus est: et ipsi preparantur cogitationes. Arcus fortium superatus est: et infirmi accincti sunt robore. Repleti prius pro panibus se locauerunt: et famelici saturati sunt. Donec sterilis peperit plurimos: et que multos habebat filios infirmata est. Dominus mortificat et viuificat: deducit ad inferos et reducit. Dominus pauperem facit et ditat: humiliat et subleuat. Suscitans de puluere egenum: et de stercore eleuat pauperem. Ut sedeat cum principibus: et solium glorie teneat. Domini enim sunt cardines terre: et posuit super eos orbem. Pedes sanctorum suorum seruabit/ et impii in tenebris conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Dominum formidabunt aduersarii eius: et super ipsos in celis tonabit. Dominus iudicabit fines terre/ et dabit imperium regi suo: et sublimabit cornu christi sui. An. Dabit imperium regi suo: et sublimabit cornu christi sui. An. Celi celorum laudate deum. Ps. Laudate dominum. Hymnus.

Nox et tenebre et nubila/ confusa mundi et turbida: lux intrat albescit polus/ christus venit discedite. Caligo terre scinditur/ percussa solis spiculo: rebusque iam color redit/ vultu nitentis syderis. Te christe solum nouimus/ te mente pura et simplici: flendo canendo quesumus/ intende nostris sensibus. Sunt multa fucis illita/ que luce purgentur tua: tu lux eoi syderis/ vultu sereno illumina. Deo patri sit gloria. Vs. In matutinis domine. An. Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos libera nos domine. Ps. Benedictus dominus deus israel.

¶ Feria quinta. Inuitatorium. Adoremus dominum. Qui ipse fecit nos. Ps. Venite exultemus. Hymnus.

Nox atra rerum contegit/ terre colores omnium: nos confidentes posci-

mus/te iuste iudex cordium. Ut auferas piacula/sordesqz mẽtis abluas: donesqz christe gratiam/vt arceantur crimina. Mens ecce torpet impia / quam culpa mordet noxia: obscura gestit tollere / et te redemptor q̃rere. Repelle tu caliginẽ / itrinsecus quã maxime: vt in btõ gaudeat/ se collocari lumine. Presta pater piissime/p̃tiqz. P. lxviij.



Saluum me fac de9: qm̃ intrauerunt aque vsqz ad animã meam. Infixus sum in limo p̃fundi: et non est substantia. Ueni in altitudinem maris: et tempestas demersit me. Laboraui clamãs rauce facte sunt fauces mee: defecerũt oculi mei dum spero ĩ deum meum. Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sũt me inimici mei iniuste: que non rapui tũc exsoluebam. Deus tu scis insipiẽtiam meam: et delicta mea a te nõ sunt abscondita. Non erubescãt in me qui expectant te domine: domine virtutum. Non cõfundantur super me: qui querunt te deus israel. Quoniã ꝑpter te sustinui opprobriũ: operuit cõfusio faciẽ meam. Extraneus factus sum fratribus meis: et peregrinus filijs matris mee. Quoniã zelus domus tue cõmedit me: et opprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt super me. Et operui in ieiunio animam meã: et factum est in opprobrium michi. Et posui vestimentum meum cilicium: et factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebãtur qui sedebant in porta: et in me psallebant qui bibebãt vinũ. Ego vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue. Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui oderũt me: et de profundis aquarum. Non me demergat tempe-

stas aque neq absorbeat me
pfundū: neq vrgeat sup me
puteus os suū. Exaudi me
dñe qm benigna est mia tua:
scdm multitudinē miseratio-
num tuarū respice in me. Et
ne auertas faciem tuā a pue-
ro tuo: qm tribulor velociter
exaudi me. Intēde aie mee
et libera eam: pter inimicos
meos eripe me. Tu scis im-
properiū meum et confusionē
meam: et reuerentiā meā. In
conspectu tuo sunt omes qui
tribulant me: iproperiū expe
ctauit cor meum et miseriam.
Et sustinui qui simul cōtri-
staretur et nō fuit: q cōsolaret
et non inueni. Et dederūt in
escam meā fel: et i siti mea po-
tauerunt me aceto. Fiat mē
sa eorū corā ipsis in laqueū:
et in retributiones et in scan-
dalum. Obscurent oculi eo-
rum ne videant: et dorsum eo
rum semp incurua. Effunde
super eos irā tuā: et furor ire
tue cōprehendat eos. Fiat
habitatio eorū deserta: et i ta-
bernaculis eorū non sit q in-
habitet. Qm quē tu percus-
sisti persecuti sunt: et super do
lorem vulnerū meorum addi
derunt. Appone iniquitatē
super iniquitatē eorū: et non
intrēt in iusticiā tuā. Deleā-
tur de libro viuentiū: et cū iu-
stis non scribant. Ego sum
paup et dolēs: salus tua deus
suscepit me. Laudabo no-
men dei cū cantico: et magni-
ficabo eū in laude. Et place-
bit deo sup vitulum nouellū:
cornua pducentem et vngu-
las. Videant pauperes et le
tentur: querite deum et viuet
aia vestra. Qm exaudiuit
pauperes dñs: et vinctos su-
os non despexit. Laudēt il-
lum celi et terra: mare et omia
reptilia in eis. Qm deus sal
uam faciet syon: et edificabun
tur ciuitates iude. Et inha-
bitabunt ibi: et hereditate
acquirēt eam. Et semen ser
uorum eius possidebit eam:
et qui diligunt nomen eius
habitabunt in ea. Ps. lxix.

Deus in adiutoriū meū
intēde: domine ad ad-
iuuandum me festina. Con
fundantur et reuereātur: qui
querunt animā meā. Auer-
tant retrorsum et erubescant:
qui volūt michi mala. Auer
tantur statim erubescentes:
qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letētur in te om
nes qui querunt te: et dicant
semp magnificetur dñs q di
ligunt salutare tuū. Ego ve
ro egenus et pauper sum: deus
adiuua me. Adiutor meus
et liberator meus es tu: dñe

ne moreris. Gloria. An. Dñe de⁹ i adiutoriū meū itēde. ps. lxx.

In te dñe speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me ⁊ eripe me. Inclina ad me aurē tuam: et salua me. Esto michi in deum protectorē/ et in locum munitū: vt saluum me facias. Quoniā firmamētū meum: et refugiū meū es tu. De⁹ me⁹ eripe me de manu peccatoris: ⁊ de manu contra legem agētis ⁊ iniqui. Qm̄ tu es patiētia mea dñe: dñe spes mea a iuuentute mea. In te cōfirmat⁹ sum ex vtero: de vētre matris mee tu es protector me⁹. In te cantatio mea semp: tanq̄ prodigiū fact⁹ sum multis ⁊ tu adiutor fortis. Repleat os meū laude: vt cantē gl'iam tuam tota die magnitudinē tuam. Ne proijcias me in tēpore senectutis: cū defecerit virt⁹ mea ne dereliquas me. Quia dixerunt inimici mei mala michi: ⁊ qui custodiebāt animā meā consiliū fecerunt in vnū. Dicentes de⁹ dereliq̄d eum persequimini ⁊ comprehēdite eum: q̄r non est qui eripiat. Deus ne elōgeris a me: deus meus in auxiliū meum respice. Confundantur ⁊ deficiant detrahentes anie mee: operiātur cōfusione ⁊ pudore qui querunt mala michi. Ego autem semp sperabo: ⁊ adijciam super omnem laudem tuam. Os meū annunciabit iusticiā tuā: tota die salutare tuum. Quoniā nō cognoui litteraturā introibo in potentias domini: dñe memorabor iusticie tue solius. Deus docuisti me a iuuentute mea: ⁊ vsq̄ nunc pronūciabo mirabilia tua. Et vsq̄ in senectam ⁊ seniū: deus ne derelinquas me. Donec annunciē brachium tuum: generationi omni que vētura est. Potentiam tuā et iusticiam tuam deus / vsq̄ in altissima que fecisti magnalia: de⁹ q̄s similis tibi? Quantas ostēdisti michi tribulatiōes multas ⁊ malas/ ⁊ conuersus viuificasti me: ⁊ de abyssis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam: ⁊ conuersus consolatus es me. Nam ⁊ ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuā deus: psallam tibi in cythara sanct⁹ israel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: et aīa mea quā redemisti. Sed ⁊ ligua mea tota die meditabitur iusticiā tuam: cum confusi et reueriti fuerint qui querunt mala mi-

chi. Ps dd in salomonē. lxxi.
DEus iudicium tuū re gi da: et iusticiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum i iusticia: et pauperes tuos in iudicio. Suscipiant mōtes pacem populo: et colles iusticiā. Iudicabit paupes populi/ et saluos faciet filios pauperū: et hūiliabit calūniatorem. Et permanebit cum sole et ante lunam: in generatiōes generationū. Descēdit sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stillātia super terram. Orietur i diebus eius iusticia/ et abundantia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur a mari vsqz ad mare: et a flumie vsqz ad terminos orbis terrarum. Coram illo procidēt ethiopes: et iimici eius terram lingent. Reges tharsis et insule munera offerēt: reges arabum et saba dona adducent. Et adorabūt eum omes reges: omnes gentes seruient ei. Quia liberabit pauperē a potēte: et pauperem cui nō erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum saluas faciet. Ex vsuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomē eorum coram illo. Et viuet et dabitur ei de auro arabie/ et adorabunt de ipso semper: tota die benedicēt ei. Erit firmamentum in terra in summis montium / superextolletur sup libanum fluct⁹ eius: et florebunt de ciuitate sicut fenum terre. Sit nomen ei⁹ benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius. Et benedicētur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabūt eum. Benedictus dominus deus israel: qui facit mirabilia sol⁹. Et benedictum nomen maiestatis eius ineternum/ et replebitur maiestate eius omnis terra: fiat fiat. Gloria patri. an. Esto michi dñe in deū protectorem. Psalmus. lxxii.
QUam bonus israel deus: his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes: pede effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum: et firmamentū in plaga eorū. In labore hominū non sunt: et cū hoib⁹ nō flagellabūt. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniqtate et impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis. Cogitauerunt et locuti sunt nequitiam:

iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in celum os suum: z lingua eorum transiuit in terra. Ideo cõuertet populus me⁹ hic: z dies pleni inuenientur in eis. Et dixerunt quomodo scit deus: z si est scientia in excelso. Ecce ipsi peccatores z abundãtes in seculo: obtinuerunt diuitias. Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocẽtes man⁹ meas. Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis. Si dicebam narrabo sic: ecce nationẽ filiorum tuorũ reprobaui. Existimabam vt cognoscerem: hoc labor est ãte me. Donec intrẽ in sanctuarium dei: et intelligam in nouissimis eorum. Uerũtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos duz alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt perierunt propter iniquitatem suam. Uelut somniũ surgẽtium: domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nichilũ rediges. Quia inflammatum est cor meum / et renes mei commutati sunt: z ego ad nichilũ redactus sum z nesciui. Ut iumentum factus sum apud te: z ego semper tecum. Tenuisti manũ dexterã meam et in volũtate tua deduxisti me: et cũ gl'ia suscepisti me. Quid eni michi est in celo: z a te q̃d volui super terram? Defecit caro mea et cor meum: deus cordis mei z pars mea deus ineternũ. Quia ecce qui elõgant se a te pibunt: pdidisti oẽs q̃ fornicant abs te. Michi aũt adherere deo bonũ ẽ: ponere i dño deo spem meã. Ut annũciẽ oẽs p̃dicatiões tuas: i portis filie syõ. p̃. lxxiij

Ut quid de⁹ repulisti i finẽ: irat⁹ est furor tu⁹ sup oues pascue tue. Memor esto ꝯgregatõis tue: quã possedisti ab initio. Redemisti virgã hereditatis tue: mons syõ in q̃ habitasti i eo. Leua man⁹ tuas i supbias eoꝝ i finẽ: quãta malignat⁹ est inimicus in sctõ. Et gl'iati sunt q̃ oderũt te: in medio solẽnitatis tue. Posuerũt signa sua signa: z nõ cognouerũt sicut in exitu sup sũmũ. Quasi in silua lignorũ securib⁹ exciderũt ianuas ei⁹ i idipm: i securi z ascia deiecerũt eã. Incẽderũt igni sãctuariũ tuũ i t'ra: polluerũt tabernaculũ nois tui. Dixerũt in corde suo cognatio eoꝝ simul: q̃escere faciamus oẽs dies festos dei a terra. Signa nr̃a nõ vidim⁹ /

iam nō est ppheta: et nos non cognoscet amplius. Usque quo deus īproperabit inimicus: irritat aduersari⁹ nomē tuum in finē. Ut quid auertis manū tuam et dexterā tuam: de medio sinu tuo in finē. Deus autē rex noster ante secula: opatus est salutē in medio terre. Tu confirmasti in virtute tua mare: ptribulasti capita draconū i aquis. Tu confregisti capita draconis: dedisti eā escam ppl'is ethiopum. Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus est dies et tua est nox: tu fabricat⁹ es auroram et solē. Tu fecisti omes terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea. Memor esto huius inimic⁹ improperauit dño: et populus insipiēs incitauit nomē tuū. Ne tradas bestijs aīas confitētes tibi: et aīas pauperum tuorū ne obliuiscaris in finē. Respice in testamētum tuum/qr repleti sunt q obscurati sunt terre: domib⁹ iniqtatū. Ne auertatur humilis fact⁹ cōfusus: pauper et inops laudabūt nomen tuum. Exurge deus iudica causam tuā/memor esto improperiorū tuorum: eorum que ab insipiēte sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorū: supbia eorū qui te oderunt ascēdit semp. Gloria patri et filio. Sicut erat. An. Liberasti virgam hereditatis tue. Psalmus. lxxiiij.

Confitebimur tibi deus: confitebimur et inuocabim⁹ nomē tuū. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tēpus ego iusticias iudicabo. Liqfacta est tra et omnes qui habitant in ea: ego cōfirmaui calūnas eius. Dixi iīquis nolite iniq agere: et delinquētibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loq aduersus deū iīqtatem. Quia neq ab oriente neq ab occidente/ neq a desertis montibus: quoniā de⁹ iudex est. Hunc humiliat et hunc exaltat: quia calix ī manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc/verūtamē fex eius nō est exinanita: bibēt oēs pctōres terre. Ego aūt annūciabo in seculū: cantabo deo iacob. Et omia cornua peccatorum confringam: et exaltabuntur cornua iusti. ps. lxxv.

Notus in iudea deus: in israel magnū nomē eius. Et factus est i pace locus eius: et habitatio eius in syon. Ibi confregit poten-

tias: arcum scutum gladium et bellum. Illũinans tu mirabiliter a mõtibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierũt somnum suũ: et nichil inuenerunt omes viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deus iacob: dormitauerunt qui ascẽderunt equos. Tu terribilis es et quis resistet tibi: ex tũc ira tua. De celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit et quieuit. Cum exurgeret in iudicio deus: vt saluos faceret omes mansuetos terre. Quoniam cogitatio hominis cõfitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Vouete et reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili et ei qui aufert spiritum principũ: terribili apd omnes reges terre. Gloria patri. ãn. In israel magnũ nomen eius. Psalmus. lxxvj.

Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad deum et intendit michi. In die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis/nocte contra eum: et nõ sum deceptus. Renuit consolari ania mea: memor fui dei et delectatus sum et exercitatus sũ: et defecit spũs meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum et non sũ locutus. Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cũ corde meo: et exercitabar et scopebam spiritum meum. Nunquid ineternum proijciet deus: aut nõ apponat vt complacitior sit adhuc? Aut in finẽ misericordiam suã abscidet: a generatiõe in generationem. Aut obliuiscetur misereri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas. Et dixi nũc cepi: hec mutatio dextere excelsi. Mẽor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorum. Et meditabor i omib9 operibus tuis: et in adinuẽtionibus tuis exercebor. Deus in sancto via tua/ quis deus magnus sicut deus noster: tu es deus q facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutẽ tuã: redemisti in brachio tuo populum tuum filios iacob et ioseph. Viderunt te aq̃ deus/ viderunt te aque et timuerũt: et turbate sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum: vocẽ dederunt nubes. Etenim sagitte tue transeunt: vox tonitrui tui in rota. Alluxerunt coruscationes tue orbi ter-

re:commota est ⁊ contremuit terra. In mari via tua ⁊ semite tue i aquis multis: ⁊ vestigia tua non cognoscentur. Deduxisti sicut oues populum tuum: in manu moysi et aaron. Psalm⁹ dauid.lxxvij.

Attendite popule meus legē meam: iclinate aurē vestram inverba oris mei. Aperiam in parabolis os meum:loquar ppositiones ab initio. Quanta audiuimus ⁊ cognouimus ea:⁊ patres nostri narrauerūt nobis. Non sunt occultata a filijs eorum: in generatiōe altera. Narrantes laudes domini ⁊ virtutes eius: ⁊ mirabilia ei⁹ q̄ fecit. Et suscitauit testimonium in iacob: ⁊ legē posuit in israel. Quanta mādauit patribus nostris nota facere ea filijs suis:vt cognoscat generatio altera. Filij qui nascentur ⁊ exurgent: et narrabunt filijs suis. Ut ponant in deo spem suam/⁊ non obliuiscant operū dei: ⁊ mandata eius exquirant. Ne fiant sicut patres eoꝝ:generatio praua ⁊ exasperans. Generatio que nō direxit cor suum:⁊ non est creditus cū deo spiritus ei⁹. Filij effrem intendētes et mittētes arcum: conuersi sunt in die belli.

Non custodierūt testamentum dei: ⁊ in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti sūt benefactorum eius: et mirabilium eius que ostēdit eis. Coram patrib⁹ eorum fecit mirabilia i tra egypti: i cāpo thaneos. Interrupit mare ⁊ pduxit eos: et statuit aquas quasi i vtre. Et deduxit eos in nube diei:⁊ tota nocte in illūinatiōe ignis. Interrupit petram i heremo: et adaquauit eos velut in abysso multa. Et eduxit aquam de petra: ⁊ deduxit tāq̄ flumia aquas. Et apposuerunt adhuc peccare ei: in ira pcitauerunt excelsum i inaquoso. Et tentauerunt deum in cordibus suis:vt peterent escas aiabus suis. Et male locuti sunt de deo:dixerunt nūquid poterit de⁹ parare mensam in deserto? Q̄m percussit petram et fluxerūt aque:⁊ torrētes inūdauerunt. Nunquid ⁊ panē poterit dare: aut parare mēsaꝫ populo suo? Ideo audiuit domin⁹ ⁊ distulit/ ⁊ ignis accēsus est i iacob:⁊ ira ascēdit in israel. Quia non crediderunt in deo:nec sperauerūt in salutari eius. Et mandauit nubibus desuper: ⁊ ianuas celi aperuit. Et pluit illis māna ad manducādum ⁊ pa-

nem celi dedit eis. Panē an-
gelorum manducauit homo:
cibaria misit eis in abundan-
tia. Transtulit austrū de ce-
lo: et induxit in virtute sua affri
cum. Et pluit sup eos sicut
puluerem carnes: et sicut are-
nā maris volatilia pennata.
Et ceciderunt in medio ca-
strorum eorū: circa taberna-
cula eorum. Et manducaue
runt et saturati sunt nimis / et
desideriū eorum attulit eis:
non sūt fraudati a desiderio
suo. Adhuc esce eorū erant
in ore ipsorum: et ira dei ascen
dit super eos. Et occidit pi-
gues eorum: et electos israel
impediuit. In omībus his
peccauerūt adhuc: et non cre-
diderūt in mirabilibus eius.
Et defecerūt in vanitate di-
es eorum: et anni eorum cum
festinatione. Cum occideret
eos querebant eum et reuer-
tebātur: et diluculo veniebāt
ad eum. Et rememorati sunt
quia deus adiutor est eorum:
et deus excelsus redemptor
eorum est. Et dilexerūt eum
in ore suo: et lingua sua menti-
ti sunt ei. Cor autem eorum
non erat rectū cū eo: nec fide
les habiti sunt in testamento
eius. Ipse autem est miseri-
cors et propicius fiet peccatis
eorum: et non disperdet eos.

Et abundauit vt auerteret
iram suam: et non accēdit om
nē iram suam. Et recordatus
est quia caro sunt: spiritus va-
dens et nō rediens. Quotti-
ens exercibauerunt eū in de-
serto: in ira concitauerunt eū
in inaquoso. Et conuersi sunt
et tentauerunt deum: et san-
ctum israel exacerbeuerunt.
Non sunt recordati manus
eius: die qua redemit eos de
manu tribulātis. Sicut po-
suit in egypto signa sua: et pro-
digia sua in campo thaneos.
Et conuertit in sanguinem
flumina eorum: et imbres eo-
rum ne biberēt. Misit in eos
cynomiam et comedit eos: ra
nam et disperdidit eos. Et de-
dit erugini fructus eorum: et la
bores eorum locuste. Et oc-
cidit in grandine vineas eo-
rum: et moros eorum in prui-
na. Et tradidit grandini iu-
menta eorū: et possessionē eo-
rum igni. Misit in eos iram
indignatiōis sue indignatio-
nem et iram et tribulationem:
immissiōes per angelos ma-
los. Viā fecit semite ire sue /
et non pepercit a morte anima-
rum eorum: et iumenta eorum
in morte conclusit. Et percussit
omne primogenitū in terra egy
pti: primitias omnis laboris
eorum in tabernaculis cham.

Et abstulit sicut oues populum suū: ꝛ perduxit eos tanq̄ gregē in deserto. Et deduxit eos in spe ꝛ non timuerūt: ꝛ inimicos eoꝛū operuit mare. Et induxit eos in mōtē sanctificationis sue: mōtē quem acq̄siuit dextera eius. Et eiecit a facie eoꝛū gētes: ꝛ soꝛte diuisit eis terrā i funiculo distributiōis Et habitare fecit in tabernaculis eoꝛū: tribus israel. Et tētauerūt ꝛ exacerbauerunt deū excelsum: ꝛ testimonia ei⁹ non custodierūt. Et auerterūt se ꝛ non seruauerunt pactum: quēadmodū patres eoꝛū ꝯuersi sunt in arcum prauū. In irā cōcitauerunt eū in collib⁹ suis: ꝛ i sculptilibus suis ad emulationē eum ꝓuocauerunt. Audiuit de⁹ ꝛ spreuit: et ad nichilū redegit valde israel. Et repulit tabernaculū sylo: tabernaculū suū vbi habitauit in hominib⁹. Et tradidit in captiuitatē virtutē eoꝛū: ꝛ pulchritudinē eoꝛū in man⁹ inimici. Et conclusit in gladio ppl'm suū: et hereditatē suam spreuit. Iuuenes eoꝛū comedit ignis: ꝛ virgines eoꝛū nō sūt lamentate. Sacerdotes eorum i gladio ceciderūt: ꝛ vidue eoꝛum non ploꝛabantur. Et excitatus est tāq̄ dormiens dn̄s: tanq̄ potēs crapulatus a vino. Et pcussit inimicos suos i posterioꝛa: opprobrium sempiternū dedit illis. Et repulit tabernaculum ioseph: ꝛ tribū effrē non elegit. Sed elegit tribū iuda: montem syon quē dilexit. Et edificauit sicut vnicoꝛniū sctificiū suū in terra: quā fundauit in secła. Et elegit dauid seruum suū / ꝛ sustulit eū de gregibus ouiū: de post fetantes accepit eum. Pascere iacob seruum suū: ꝛ isrl' hereditatē suā. Et pauit eos in inocētia coꝛdis sui: ꝛ in intellectibus manuum suarū deduxit eos. Gloꝛia patri. An. Tu es de⁹ q̄ facis mirabilia. psalm⁹. lxxviij.

DEus venerūt gētes in hereditatē tuā polluerunt tēplū sctm̄ tuū: posuerūt hierusalē in pomoꝝ custodiam. Posuerūt moꝛticina seruoꝛū tuoꝛū escas volatilibus celi: carnes sanctoꝛū tuoꝛum bestijs terre. Effuderūt sanguinē eoꝛū tanq̄ aquā in circuitu hierl'm: ꝛ non erat q̄ sepeliret. Facti sumus opprobriū vicinis nr̄is: subsānatio ꝛ illusio his qui i circuitu nostro sūt. Usquequo dn̄e irasceris in finē: accēdetur velut ignis zelus tu⁹: Effunde irā tuam in gētes q̄ te non noue=

rũt: ꝛ in regna que nomẽ tuũ nõ iuocauerũt. Q ꝛ comederũt iacob: ꝛ locũ eius desolauerũt. N e memineris iniqtatũ nostrarũ antiquaꝝ / cito anticipẽt nos mĩe tue: qꝛ pauperes facti sum⁹ nimis. A diuua nos de⁹ salutaris nr̃ / et ꝓpter glĩam noĩs tui dñe libera nos: ꝛ ꝓpicius esto peccatis nostris propter nomen tuũ. N e forte dicãt in gentibus vbi est deus eoꝝ: ꝛ innotescat in nationib⁹ coꝛã oculis nostris. V ltio sanguinis seruoꝝ tuoꝝ qui effusus est: introeat in cõspectu tuo gemitus cõpeditoꝛum. S cdm magnitudinẽ bꝛachij tui: posside filios moꝛtificatoꝝ. E t redde vicinis nostris septuplũ in sinu eoꝛũ: impꝛoperiũ ipsoꝝ qđ expꝛobꝛauerũt tibi dñe. N os autẽ ppl̃us tuus et oues pascue tue: cõfitebimur tibi i sclm. I n gñatione ꝛ generationẽ: annũciabimus laudem tuã. ps. lxxix.

Q Ui regis israel intẽde: qui deducis velut ouẽ ioseph. Q ui sedes sup cherubin manifestare coꝛam effraim: beniamin et manasse. E xcita potentiã tuã ꝛ veni: vt saluos facias nos. D eus virtutũ conuerte nos: ꝛ ostẽde faciẽ tuam ꝛ salui erimus. D ñe deus virtutũ: quousqꝫ irasceris sup oꝛationẽ serui tui. C ibabis nos pane lachꝛymarũ: ꝛ potũ dabis nobis in lachꝛymis i mensura. P osuisti nos in cõtradictionẽ vicinis nostris: et inimici nostri subsannauerunt nos. D eus virtutũ cõuerte nos: ꝛ ostẽde faciẽ tuã ꝛ salui erimus. V ineã de egypto trãstulisti: eiecisti gẽtes et plantasti eã. D ux itineris fuisti in cõspectu ei⁹: et plãtasti radices ei⁹ ꝛ impleuit terram. O puit mõtes vmbꝛa ei⁹: ꝛ arbusta ei⁹ cedros dei. E xtẽdit palmites suos vsqꝫ ad mare: ꝛ vsqꝫ ad flumen pꝛopagines eius. V t quid destruxisti maceriã eius: ꝛ vindemiãt eã omẽs qui pꝛetergrediunt viã. E xterminauit eam aper de silua: ꝛ singularis fer⁹ depastus est eã. D eus virtutũ conuertere: respice de celo et vide ꝛ visita vineam istã. E t perfice eã quã plãtauit dextera tua: ꝛ sup filiũ hoĩs quẽ cõfirmasti tibi. I ncẽsa igni et suffossa: ab increpatiõe vult⁹ tui peribunt. F iat man⁹ tua sup virũ dextere tue: ꝛ sup filiũ hoĩs quẽ cõfirmasti tibi. E t nõ discedimus a te viuificabis nos: ꝛ nomen tuũ inuocabimus. D ñe deus vir-

tutum conuerte nos: et osten- de faciem tuam et salui erimus. Gloria patri. Sicut erat. Ant. Propicius esto peccatis nostris domine. V. Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi. Et anima mea quam redemisti. Ad laudes. ant. Tibi soli peccaui domine miserere mei. Ps. Miserere mei deus.

Oratio moysi. Ps. lxxxix.

Domine refugium factus es nobis: a generatione in generationem. Priusquam montes fierent aut formaretur terra et orbis: a seculo et in seculum tu es deus. Ne auertas hominem in humilitatem: et dixisti conuertimini filij hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanquam dies hesterna que preterijt. Et custodia in nocte que pro nichilo habentur: eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat/ mane floreat et transeat: vespere decidat induret et arescat. Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor. Quoniam superuenit mansuetudo: et corripiemur. Quis nouit potestatem ire tue: et pre timore tuo iram tuam dinumerare? Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia. Conuertere domine vsquequo: et deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris. Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri super nos: et opera manuum nostrarum dirige super nos et opus manuum nostrarum dirige. Gloria patri. Ant. Domine refugium factus es nobis. Ant. In matutinis domine meditabor in te. Ps. Deus deus meus.

Canticum marie sororis moysi. Exodi. xv.

Cantemus domino gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem proiecit in mare. Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est michi in salutem. Iste deus meus et glorifica-

bo eum: deus patris mei et exaltabo eũ. Dominꝰ quasi vir pugnator omĩps nomen eiꝰ: currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. Electi pricipes eius submersi sunt i mari rubro: abyssi operuerunt eos: descenderunt in profundum quasi lapis. Dextera tua dñe magnificata est i fortitudine/dextera tua domine pcussit inimicum: et i multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos. Misisti iram tuã que deuorauit eos sicut stipulam: et i spiritu furoris tui cõgregate sunt aque. Stetit vnda fluens: congregate sunt abyssi i medio mari. Dixit inimicus persequar/⁊ cõprehendam diuidam spolia: implebit anima mea. Euaginabo gladium meũ: interficiet eos manus mea. Flauit spiritus tuꝰ ⁊ operuit eos mare: submersi sunt q̃si plumbũ in aquis vehementibus. Quis similis tui in fortibus dñe/q̃s similis tui magnificꝰ in sctitate: terribilis atq̃ laudabilis et faciens mirabilia: Extendisti manũ tuã: et deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua: populo quem redemisti. Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculũ sanctum tuũ. Ascenderunt populi et irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores philistijm. Tũc cõturbati sunt pricipes edõ/robustos moab obtinuit tremor: obriguerũt omnes habitatores chanaan. Irruat super eos formido et pauor: in magnitudine brachij tui. Fiant immobiles quasi lapis/donec pertrãseat populus tuus domine: donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti. Introduces eos ⁊ plantabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo qđ operatus es domine. Sanctuarium tuum domine quod firmauerunt manus tue: dominus regnabit ieternum ⁊ vltra. Ingressus est ei eques pharao cum curribꝰ et equitibus eius in mare: ⁊ reduxit sup eos dominus aquas maris. Filij autem israel ambulauerunt per siccum: in medio eiꝰ. Gloria patri et filio: et spiritui sctõ. Sicut erat. ãn. In eternum dominus regnabit et vltra. ã. In sanctis eiꝰ laudate deũ. ps. Laudate. Hyꝰ.

Lux ecce surgit aurea/pallens fatescat cecitas: que nosmet in preceps diu/errore traxit deuio. Hec

lux serenum cōferat/purosq3 nos prestet sibi: nichil loquamur subdolū/voluamus obscurum nichil. Sic tota decurrat dies / ne ligua mēdax nec man⁹: oculi ne peccēt lubrici/ nec noxa corp⁹ inqnet. Speculator astat desuper / qui nos dieb⁹ oībus: actusq3 nostros prospicit/ a luce prima in vesperū. Deo patri sit gloria. ℣. In matutinis domine. an. In sanctitate seruiamus dño: et liberabit nos de inimicis nostris. ps. Benedictus dñs de⁹ israel. ¶ Feria.vj. Inuit. Dñm qui fecit nos Uenite adoremus. ps. Uenite. Hymnus.

Tu trinitatis vnitas / orbē potenter qui regis: attende laudum cantica/ que excubantes psallimus. Nā lectulo consurgimus/ noctis quietis tempore: vt flagitemus vulnerum /a te medelam oīm. Quo fraude quicquid demonum / in noctibus deliquimus: abstergat illud celitus / tue potestas gratie.

Nec corpus assit sordidum/ nec torpor instet cordiū: nec criminis contagio / tepescat ardor spirit⁹. Ob hoc redēptor quesum⁹/ reple tuo nos lumine: per quod dierū circulis / nullis ruamur actib⁹. Presta pat pissime. ps. lxxx.



Exultate deo adiutori nr̄o: iubilate deo iacob. Sumite psalmū et date tympanū: psalteriū iocundū cū cythara. Buccinate in neomenia tuba: i insigni die solēnitatis vestre. Quia preceptū in israel est: ⁊ iudiciū deo iacob. Testimoniū in ioseph posuit illud cū exiret de terra egypti: linguā quā nō nouerat audiuit. Diuertit ab onerib⁹ dorsum ei⁹: manus eius in cophino seruierunt. In tribulatiōe iuocasti me et liberaui te exaudiui te in abscondito tēpestatis: pbaui te apud aquā cōtradictionis. Audi pp̄lus me⁹ ⁊ contestabor te: israel si audieris me nō erit in te deus recens neq3 adorabis deū alienum. Ego em̄ sum dñs de⁹ tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuū ⁊ implebo illud Et nō audiuit pp̄lus meus vocē meā: ⁊ israel nō intendit michi. Et dimisi eos scd̄m desideria cordis eox: ibūt in

adinuētionib⁹ suis. Si populus me⁹ audisset me: israel si in vijs meis ambulasset. Pro nichilo forsitan inimicos eorū humiliassem: et sup tribulantes eos misissem manum meā. Inimici dñi mētiti sunt ei: ⁊ erit tēpus eorꝶ i scl'a. Et cibauit illos ex adipe frumēti: et de petra melle saturauit eos. Psalm⁹. lxxxi.

DEus stetit in synagoga deorꝶ: in medio autē deos dijudicat. Vsq̄quo iudicatis iniquitatē: ⁊ facies peccatorꝶ sumitꝭ? Iudicate egeno ⁊ pupillo: humilem et pauperē iustificate. Eripite pauperem: ⁊ egenū de manu pctōris liberate. Nescierūt neqꝫ intellexerūt in tenebris ambulāt: mouebunt oīa fundamēta terre. Ego dixi dij estis: ⁊ filij excelsi oēs. Vos autē sicut hoīes moriemini: ⁊ sicut vnus de pricipib⁹ cadetis. Surge de⁹ iudica terrā: qm̄ tu hereditabis in omnibus gētibus. Glia pri. an. Exultate deo adiutori nostro.

DEus q̄s simi- ps. lxxxij lis erit tibi: ne taceas neqꝫ ꝯpescaris de⁹. Qm̄ ecce inimici tui sonuerūt: ⁊ qui oderūt te extulerunt caput. Sup ppl'm tuū malignauerunt consiliū: ⁊ cogitauerunt aduersus sanctos suos. Dixerūt venite ⁊ disperdamus eos de gēte: ⁊ nō memoretur nomē israel vltra. Qm̄ cogitauerūt vnanimiter simul aduersum te: testamentū disposuerūt tabernacula idumeorū ⁊ ismaelite. Moab ⁊ agareni gebal ⁊ amō ⁊ amalech: alienigene cū habitantibus tyrū. Etem̄ assur venit cū illis: facti sūt i adiutoriū filijs loth. Fac illis sicut madian et sisare: sicut iabin in torrēte cyson. Disperierūt i endor: facti sunt vt stercus tre. Pone principes eorū: sicut oreb ⁊ zeb ⁊ zebee ⁊ salmana. Omnes principes eorꝶ: qui dixerūt hereditate possideamus sanctuariū dei. Deus meus pone illos vt rotā: ⁊ sicut stipulā ante faciem vēti. Sicut ignis qui cōburit siluā: et sicut flāma cōburēs montes. Ita psequeris illos in tempestate tua: ⁊ i ira tua turbabis eos. Imple facies eorū ignominia: ⁊ querent nomen tuū dñe. Erubescāt ⁊ cōturbent in scl'm scl'i: ⁊ cōfundant ⁊ pereant. Et cognoscāt qꝛ nomē tibi dñs: tu solus altissimus i om̄i terra. ps. lxxxiij.

QUam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiscit ⁊ deficit aīa mea

in attria dñi. Cor meũ ꝛ caro mea: exultauerũt in deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domũ: et turtur nidũ vbi reponat pullos suos. Altaria tua dñe virtutũ: rex meus ꝛ de⁹ meus. Beati q̇ habitãt in domo tua dñe: in sc̃la sc̃lorũ laudabũt te. Beatus vir cuius est auxiliũ abs te ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lachrymaruꝫ: in loco quẽ posuit. Etenim bñdictiones dabit legislator / ibũt de virtute in virtutẽ: videbitur de⁹ deorũ in syon. Dñe de⁹ virtutũ exaudi orõnẽ meam: auribus percipe deus iacob. Protector noster aspice de⁹: et respice in faciẽ christi tui. Quia melior est dies vna in atrijs tuis: sup milia. Elegi abiect⁹ esse i domo dei mei: magis q̃ꝫ habitare in tabernaculis pctõꝝ. Quia miam ꝛ veritatẽ diligit de⁹: grãm ꝛ gliam dabit dñs. Non priuabit bonis eos q̇ ambulant in inocẽtia: dñe virtutũ beatus homo q̇ sperat i te. Gloria pr̃i. An. Tu solus altissimus sup omnem terrã. ps. lxxxiiij.

Benedixisti dñe terram tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Remisisti iniquitatẽ plebis tue: operuisti omĩa peccata coꝝ. Mitigasti oẽm irã tuã: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte irã tuã a nobis. Nũquid ineternũ irasceris nobis: aut extendes irã tuam a gñatione in gñationẽ? Deus tu cõuersus viuificabis nos: ꝛ plebs tua letabit̃ i te. Ostẽde nobis dñe miam tuã: ꝛ salutare tuũ da nobis. Audiã quid loquat̃ in me dñs deus: qm̃ loquet̃ pacẽ in plebẽ suã. Et sup sanctos suos: ꝛ i eos qui ꝯuertunt̃ ad cor. Verũtamẽ ꝓpe timẽtes eũ salutare ipsius: vt inhabitet glĩa in terra nostra. Mĩa ꝛ veritas obuiauerũt sibi: iusticia ꝛ pax osculate sũt. Veritas de terra orta ẽ: ꝛ iusticia de celo ꝓspexit. Etenim dñs dabit benignitatẽ: ꝛ terra nostra dabit fructum suũ. Iusticia ante eum ambulabit: ꝛ ponet in via gressus suos. Oratio dauid. Psalmus. lxxxv.

Inclina dñe aurẽ tuã ꝛ exaudi me: qm̃ inops ꝛ paup sum ego. Custodi animã meã qm̃ sanctus sum: saluum fac seruũ tuũ deus me⁹ sperantẽ in te. Miserere mei domie qm̃ ad te clamaui tota die: letifica animã serui tui qm̃ ad te dñe aiam meã leuaui. Qm̃ tu dñe suauis ꝛ mi-

tis: ꝛ multe mie oñibus inuocantibus te. Auribus percipe dñe oꝛationē meā: ꝛ intēde voci depꝛecationis mee. In die tribulatiōis mee clamaui ad te: q̇a exaudisti me. Non est siſis tui i diis dñe: ꝛ nō est scdm opera tua. Omnes gentes quaſcūq; fecisti / venient ꝛ adoꝛabūt coꝛam te dñe: ꝛ gloꝛificabūt nomē tuū Qm̄ magnus es tu ꝛ faciēs mirabilia: tu es deꝰ solꝰ. Deduc me dñe in via tua / ꝛ igrediar in veritate tua: leteẗ coꝛ meū vt timeat nomen tuum. Confitebor tibi dñe deꝰ meꝰ i toto coꝛde meo: ꝛ gloꝛificabo nomen tuū ineternū. Qꝛ mia tua magna est ſup me: et eruisti animā meā ex inferno inferioꝛi. Deꝰ iniqui insurrexerunt ſup me ꝛ synagoga potētiū quesierūt aiam meā: ꝛ non pꝛoposuerūt te in conspectu suo. Et tu dñe deꝰ miserator ꝛ misericoꝛs: patiens ꝛ multe mie ꝛ verax. Respice in me ꝛ miserere mei / da iperiū puero tuo: ꝛ saluum fac filiū ancille tue. Fac mecum signū in bono / vt videāt qui oderunt me ꝛ cōfundanẗ: qm̄ tu dñe adiuuisti me ꝛ consolatꝰ es me. Gl̄ia. ā. Bñdixisti dñe terrā tuā. p. lxxxvi.

Fundamēta eiꝰ in mōtibus sanctis: diligit dominus poꝛtas syon super oīa tabernacula iacob. Gloꝛioſa dicta sunt de te: ciuitas dei Memoꝛ ero raab ꝛ babylonis: sciētium me. Ecce alienigene ꝛ tyꝛus ꝛ ppl̄s ethiopum: hi fuerūt illic. Nunq̇d syon dicet homo ꝛ homo natus est in ea: et ipse fundauit eā altissimꝰ. Dñs narrabit in scripturis populoꝛū: ꝛ pꝛincipū hoꝛū qui fuerunt in ea. Sicut letātiū: omniū habitatio est in te. Psal. lxxxvii.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coꝛā te. Intret in conspectu tuo oꝛatio mea: inclina aurem tuā ad pꝛecē meā. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea inferno appꝛopinquabit. Estimatꝰ sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutoꝛio inter moꝛtuos liber. Sicut vulnerati doꝛmiētes in sepulcris quorum nō es memoꝛ amplius: ꝛ ipsi de manu tua repulsi sūt Posuerunt me in lacu inferioꝛi: in tenebꝛosis et in vmbꝛa moꝛtꝫ. Sup me ꝯfirmatus est furoꝛ tuus: ꝛ oēs fluctus tuos iduxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abomina-

tionē sibi. Traditus sum et nō egrediebar: oculi mei languerūt pre inopia. Clamaui ad te dñe: tota die expādi ad te manus meas. Nunqd mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabūt τ cōfitebūtur tibi. Nunquid narrabit aliquis i sepulchro miaꝫ tuā: τ veritatē tuā i pditiōe. Nūquid cognoscenẗ in tenebris mirabilia tua: τ iusticia tua i terra obliuiōis. Et ego ad te dñe clamaui: et mane oratio mea pueniet te. Ut quid dñe repellis orationē meaꝫ: auertis faciē tuā a me. Pauper sum ego et in laborib⁹ a iuuētute mea: exaltatus autē humiliatus sum τ cōturbat⁹. In me trāsierẗ ire tue: τ terrores tui conturbauerūt me. Circūdederẗ me sicut aqua tota die: circūdederūt me simul. Elongasti a me amicū et proximū: et notos meos a miseria. Gl'ia pri. añ. Fundamēta eius in montibus sanctis.

Misericor- ps. lxxxviij dias dñi: ineternū cātabo. In generatione τ generationē: annūciabo veritatē tuā in ore meo. Qm̄ dixisti ineternū mia edificabitur in celis: pparabiẗ veritas tua in eis. Disposui testamentū electꝭ meis/ iuraui dauid seruo meo: vsqꝫ ineternū preparabo semen tuū. Et edificabo in generatione τ generationē: sedē tuā. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dñe: etenī veritatē tuā in eccl'ia sctōꝝ. Qm̄ quis i nubib⁹ equabiẗ dño: similis erit deo in filijs dei. Deus qui glorificaẗ in cōsilio sanctoꝝ: magn⁹ τ terribilis sup omēs qui i circuitu eius sunt. Dñe deus virtutū quis similis tibi: potēs es dñe τ veritas tua i circuitu tuo. Tu dñaris potestati maris: motū autē fluctuū ei⁹ tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratū supbum: i brachio virtutis tue dispsisti inimicos tuos. Tui sunt celi et tua est terra orbē terre τ plenitudinē ei⁹ tu fundasti: aquilonē τ mare tu creasti. Thabor et hermon i noie tuo exultabūt: tuū brachiū cū potētia. Firmetur manus tua τ exalteẗ dextera tua: iusticia τ iudiciū pparatio sedis tue. Mia τ veritas pcedent faciē tuā: beatus pp'lus qui scit iubilationē. Dñe in lumine vultus tui ambulabūt/ τ in noīe tuo exultabūt tota die: et in iusticia tua exaltabunẗ. Qm̄ gl'ia virtutis eoꝝ tu es: et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrū. Quia dñi est

assumptio nostra: et sancti isrl' regis nostri. Tūc locut⁹ es in visione sctis tuis / et dixisti posui adiutoriū in potēte: et exaltaui electū de plebe mea Inueni dauid seruum meū: oleo sancto meo vnxi eū. Manus eñ mea auxiliabit ei: et brachiū meū confirmabit eū. Nihil pficiet inimicus i eo: et filius iniqtatis nō apponet nocere ei. Et concidā a facie ipsius inimicos ei⁹: et odientes eū in fugā cōuertam. Et veritas mea et mia mea cū ipo: et in noie meo exaltabit cornu ei⁹. Et ponā in mari manū ei⁹: et in fluminib⁹ dexterā ei⁹. Ipse inuocauit me prī me⁹ es tu: de⁹ meus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitū ponā illū: excelsuz pre regib⁹ terre. Ineternū seruabo illi miam meā: et testamentū meū fidele ipsi. Et ponā in sclm scli semen ei⁹: et thronū ei⁹ sicut dies celi. Si aūt dereliquerūt filij ei⁹ legē meā: et i iudicijs meis nō ābulauerint. Si iusticias meas pphanauerit: et mādata mea nō custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorū: et in verberib⁹ peccata eorꝝ. Miam autē meam non dispergā ab eo: neqꝫ nocebo i veritate mea. Neqꝫ prophanabo testamētum meū: et que procedūt de labijs meis nō faciam irrita. Semel iuraui in sctō meo / si dauid mētiar: semē ei⁹ ineternū manebit. Et thronus ei⁹ sicut sol in cōspectu meo: et sicut luna perfecta ineternū et testis in celo fidelis. Tu vero repulisti et despexisti: distulisti christū tuū. Euertisti testamentū serui tui: pphanasti in terra sanctuariuz eius. Destruxisti oēs sepes eius: posuisti firmamētum ei⁹ formidinē. Diripuerūt eū oēs trāseuntes viā: factus est opprobriū vicinis suis. Exaltasti dexterā deprimētiū eū: letificasti oēs inimicos ei⁹. Auertisti adiutorium gladij ei⁹: et nō es auxiliatus ei i bello. Destruxisti eū ab emundatione: et sedē eius in terra collisisti. Minorasti dies tēporis eius: pfudisti eū cōfusione. Usquequo dñe auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua? Memorare q̄ mea substātia: nunquid enim vane constituisti oēs filios hominū? Quis est homo q̄ viuet et non videbit mortem: eruet aiam suā de manu inferi? Ubi sūt misericordie tue antique dñe: sicut iurasti dauid in veritate tua? Memor esto domie opprobrij seruo-

rum tuoꝝ: qđ cõtinui in sinu meo multarũ gentiũ. Quod exprobrauerũt iimici tui domine: qđ exprobrauerunt cõmutationẽ xpi tui. Benedictus dñs ineternum: fiat fiat.

Deus vltionũ ps. xciij dñs: deꝰ vltionũ libere egit Exaltare qui iudicas terrã: redde retributionẽ superbis. Usq̃quo pctõres domie: vsq̃quo pctõres gl'iabũt Effabunt et loquent iniqtatẽ: loquent oẽs q̃ operant iniusticiã. Populũ tuũ dñe humiliauerũt: et hereditatẽ tuã vexauerũt. Uiduã ⁊ aduenã interfecerũt: ⁊ pupillos occiderũt. Et dixerũt non videbit dñs: nec intelliget deꝰ iacob. Intelligite insipientes in pplo: et stulti aliquãdo sapite. Qui plãtauit aurẽ non audiet: aut qui finxit oculum non cõsiderat? Qui corripit gẽtes non arguet: qui docet hoiem scientiã. Dñs scit cogitationes hominũ: qm̃ vane sunt. Btũs homo quẽ tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eum Ut mitiges ei a diebꝰ malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet dñs plebem suã: ⁊ hereditatẽ suã non derelinquet Quoadusq3 iusticia cõuertatur in iudicium: ⁊ qui iuxta illam oẽs qui recto sunt corde. Quis ɔsurget michi aduersus malignantes: aut q̃s stabit mecũ aduersus operãtes iniquitatẽ? Nisi q̃a dñs adiuuit me: paulominus habitasset i iferno aĩa mea. Si dicebã motus est pes meus: mĩa tua dñe adiuuabat me. Scđm multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo: cõsolationes tue letificauerũt aĩam meã. Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborẽ in p̃cepto? Captabũt in aĩam iusti: et sanguinẽ innocentẽ condẽnabũt. Et factus est michi dñs i refugiũ: et deꝰ meus in adiutoriũ spei mee. Et reddet illis iniquitatẽ ipsorũ/et in malicia eorũ disperdet eos: disp̃det illos dñs deꝰ noster. Gl'ia pri. an. Bñdictus dñs ineternũ. p. xciiij.

Uenite exultemꝰ dño: iubilemus deo salutari nostro. Preoccupemꝰ faciem eius in confessione: ⁊ in psalmis iubilemus ei. Qm̃ deꝰ magnus dñs: et rex magnus super oẽs deos Quia in manu eius sunt omnes fines terre: et altitudines mõtium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare ⁊ ipse fecit illud: et siccã manus eius formauerũt. Uenite adoremus

et procidamus et ploremus ante dñm qui fecit nos: qr ipse est dñs de9 noster. Et nos populus pascue eius: 7 oues manus ei9. Hodie si vocem ei9 audieritis: nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatiõe: scd'm diem tentationis in deserto. Ubi tentauerũt me patres vestri: probauerũt 7 viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi: 7 dixi semp hi errant corde. Et isti non cognouerũt vias meas: vt iuraui in ira mea si intrabũt in requiẽ meam. ps. xcv.

Cantate dño canticũ nouum: cantate dño om̃is terra. Cantate dño et benedicite nomini ei9: annũciate de die in diem salutare ei9. Annũciate inter gentes gloriã ei9: in om̃ib9 populis mirabilia ei9. Qm̃ magnus dñs et laudabilis nimis: terribilis est super om̃es deos. Qm̃ om̃es dij gẽtiũ demonia: dñs aũt celos fecit. Cõfessio et pulchritudo in cõspectu ei9: sanctimonia 7 magnificẽtia in sanctificatione ei9. Afferte dño patrie gentiũ / afferte dño gl'iam et honorẽ: afferte dño gl'iaz nomini ei9. Tollite hostias 7 introite in atria ei9: adorate dñm i atrio sancto ei9. Cõmoueat a facie ei9 vniuersa terra: dicite i gentib9 quia dñs regnauit. Etem̃ correxit orbẽ terre q̃ nõ cõmouebit: iudicabit populos i equitate. Letent celi et exultet terra / cõmoueat mare 7 plenitudo ei9: gaudebũt cãpi et oĩa que i eis sunt. Tunc exultabũt om̃ia ligna siluarum a facie dñi qr venit: qm̃ venit iudicare terrã. Iudicabit orbẽ terre in equitate: 7 populos in veritate sua.

Psalm9 dauid quando terra eius restituta est ei. xcvj.

Dominus regnauit exultet terra: letent insule multe. Nubes et caligo in circuitu ei9: iusticia 7 iudiciũ correctio sedis ei9. Ignis añ ip̃m p̃cedet: 7 iflãmabit in circuitu iimicos ei9. Alluxerũt fulgura ei9 orbi tre: vidit 7 cõmota est terra. Mõtes sicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie dñi oĩs terra. Annũciauerũt celi iusticiã ei9: 7 viderũt oẽs ppl'i gl'iaz ei9. Cõfundant oẽs q̃ adorãt sculptilia: et q̃ gl'iant in simulachris suis. Adorate eũ oẽs angeli ei9: audiuit 7 letata ẽ syõ. Et exultauerũt filie iude: ppt iudicia tua dñe. Qm̃ tu dñs altissimus sup omnẽ terrã: nimis exaltatus es sup om̃es deos.

Qui diligitis dominũ odite malũ/custodit dñs aias sanctorũ suorũ: de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto: ꝛ rectis corde leticia. Letamini iusti i dño: ꝛ cõfitemini memorie sanctificationis ei⁹. Gl'ia patri. an. Cantate dño ꝛ benedicite nomini ei⁹. ꝟ. Intret in cõspectu tuo oro mea. Inclina aurẽ tuã ad p̄cem meã. Ad laudes. an. Spiritu p̄ncipali cõfirma cor meũ de⁹. ps. Miserere mei de⁹. ps dauid qñ persequebať eũ filius eius absalon. Psalmus. cxlij. ij

Domine exaudi orõnẽ meã aurib⁹ p̄cipe obsecrationẽ meã: i v̄itate tua exaudi me in tua iusticia. Et nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo: qꝛ non iustificabiť in cõspectu tuo oĩs viuẽs. Quia p̄secutus est inimicus animã meã: humiliauit in terra vitã meã. Collocauit me i obscuris sicut mortuos scli: ꝛ ãxiatus est sup me spũs me⁹ i me turbatũ est cor meũ. Memor fui dierũ antiquoꝝ/ meditatus sum in om̃ibus operibus tuis: in factis manuum tuaꝝ meditabar. Expãdi manus meas ad te aia mea: sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuam a me: ꝛ similis ero descẽdẽtibus i lacũ. Auditã fac michi mane misericordiam tuã: quia in te speraui. Notam fac michi viã in qua ambulem: qꝛ ad te leuaui animã meã. Eripe me de inimicis meis dñe ad te ꝯfugi: doce me facere voluntatẽ tuam quia de⁹ meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam: propter nomen tuũ dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aiam meã: et in mia tua disperdes inimicos meos. Et perdes om̃es qui tribulant aiam meã: qm̃ ego seruus tuus suum. Gl'ia patri. an. In veritate tua exaudi me dñe. an. Illuminet dñs vultũ suum super nos. ps. Deus de⁹ meus. Canticũ abacuch. iij.

Domine audiui auditionẽ tuã: ꝛ timui. Domine opus tuũ: in medio annorũ viuifica illud. In medio annorũ notũ facies: cum iratus fueris mie recordaberis. Deus ab austro veniet: ꝛ sanctus de monte pharan. Operuit celos gloria eius: ꝛ laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manib⁹ eius. Ibi abscondita est fortitudo ei⁹: ante faciem eius ibit mors.

Egredieť diabolus ante pedes eius: stetit et mensus est terram. Aspexit et dissoluit gentes: et contriti sunt montes sćli. Incuruati sunt colles mundi: ab itinerib⁹ eternitatis eius. Pro iniquitate vidi tētoria ethiopie: turbabuntur pelles terre madian. Nunquid in fluminib⁹ irat⁹ es dñe / aut in fluminib⁹ furor tuus: vel in mari indignatio tua? Qui ascēdes sup equos tuos: et q̄drige tue saluatio. Suscitās suscitabis arcum tuū: iuramēta tribub⁹ que locut⁹ es. Fluuios scides terre videŕt te ⁊ doluerŕt mōtes: gurges aquarū trāsijt. Dedit abyssus vocē suā: altitudo man⁹ suas leuauit. Sol ⁊ luna steterūt ī habitaculo suo: ī luce sagittarū tuarū ibunt in splēdore fulgurāt; haste tue. In fremitu cōculcabis terrā: ī furore obstupefacies gētes. Egressus es in salutem ppłi tui: in salutē cū xp̄o tuo. Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentū vsq; ad collū. Maledixisti sceptris ei⁹ capita bellatorū ei⁹: venientibus vt turbo ad dispergendum me. Exultatio eorꝝ: sicut ei⁹ qui deuorat pauperē in abscōdito. Uiā fecisti ī mari equis tuis: ī luto aquarū multarꝝ. Audiui ⁊ cōturbatus est vēter me⁹: a voce cōtremuerūt labia mea. Ingrediať putredo in ossibus meis: ⁊ subter me scateat. Et requiescam in die tribulatiōis: ⁊ ascendā ad populū accinctū nostrū. Ficus eñi nō florebit: ⁊ nō erit germen in vineis. Mentieť opus oliue: et arua nō afferēt cibum. Absciděť de ouili pecus: et nō erit armentū in p̄sepibus. Ego autē in dño gaudebo: et exultabo in deo iesu meo. Deus dñs fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos quasi ceruorꝝ. Et sup excelsa mea deducet me victor: ī psalmis canentē. Gloria pri. Aña. Auditū tuū dñe audiui ⁊ timui. Aña. In tympano ⁊ choro ī chordi; ⁊ organo laudate deū. ps. Laudate. Hy⁹.

Eterna celi gl̃ia / beata spes mortaliū: celsi tonātis vnice / casteq; ples virginis. Da dexterā surgētibus / exurgat vt mēs sobria: flagrāsq; ī laudē dei / grates repēdat debitas. Ortus refulget lucifer / sparsamq; lucē nunciat: cadit caligo noctiū / lux sctā nos illuminat. Manensq; nostris sensib⁹ / noctē repellat sćłi: omiq; fine diei / purgata fuet pectora. Quesita iā p̄mū fides / radicet al-

tis sensib⁹:scđa spes cõgau=deat/ quo maior extat charitas. Deo prĩ. ℣. In matutinis dñe meditabor i te. Qr fuisti adiutor me⁹. añ. sup dñs⁹. Per viscera mie dei nři: in q̃bus visitauit nos oriẽs ex alto. ps. Bñdictus dñs de⁹ isrł. ¶ Sabbato iuit. Dñz deũ nřz Uenite adoremus. ps. Uenite. Hỹ⁹.

Summe deus clemẽtie/ mundiq; factor machine: vn⁹ potẽtialiter/ trinusq; psonaliter. Nos pius cũ cãticis/ flet⁹ benigne suscipe: q̃ corde puro sordib⁹/ te perfruamur largi⁹. Lũbos iecurq; morbidũ/ adure igne cõgruo: accincti vt sint ppetim/ luxu remoto pessimo. Ut quiq; horas noctiũ/ nũc cõcinẽdo rũpim⁹: donis beate patrie/ ditemur oẽs affatim. Presta pater pijssime. Psalm⁹. xcvij



Cum ma= Lc.iij. tris adhuc lacte aleret: bis i hebdomada cepit: vcꝫ q̄rta ꝛ sexta feria semel i die bibē mām mas. Puerilib⁹ ḡ ānis simplicit' domi pactꝫ: cepit bōe idolis adolescēs eē: ꝛ non sic illa etas assolet lasciuiā ꝯplex⁹ ē mūdi: sꝫ nūc parētū comitat⁹ vestigia / nūc sol⁹ ecclīaꝝ terebat limia. Et q̄d ibi de scripturꝫ patulo aduertebat auditu nō imēor armariolo ꝯdebat pctōris. R. Quadā die tēpestate seuissima q̄ssati naute: cepūt sāctū vocare nicolaū. Et stati cessauit tēpestas. v. Mox illis clamātib⁹ appuit q̄dā dicēs ill' ecce assū q̄d vocastis me. Et. In.ii.noc. ā. Auro ꝟginū incest⁹ auro p̄ris earū iopiā / auro ꝓrsus vtroruq̄ꝫ detestabilem infamiā dei fm⁹ ademit nicola⁹. p. Cū iuoca. v.ii.

An. Innocenter puerilia iura trā scendens euangelice institutiōis discipul⁹ effectus est. p̄. Uerba mea. c. v. ā. Glīā mūdi spreuit cū suis oblectatiōibus ⁊ ideo meruit prouehi ad summū sacerdotij gradum. ps. Dn̄e dn̄s. a. ij. ℣⁹ Amauit eū. Lectio. 4.

Quodam aūt tēpore dū liciam regionem accolarum pro meritis sic perniciosa fames opp̄ssisset: vt seges egra victum oēm negaret. Mox vt prouincialib⁹ ruriculis p̄dicto dei famulo pro indigētibus marie piclitāti triticeis onuste mercib⁹ naues i littore adriatici port⁹ adeē nūciātur. Quo velox aduenies sanct⁹ nicolaus nautas visit. Uos rogatur⁹ accessi: vt huic populo tabe diurne famis laborāti cōsulētes: aliquātulū remedij ex isto impertiri studeatis frumento. R. Audiēs xp̄i confessor trium innenum innocentum necē: p̄cucurrit ꝙtotius: ad locum quo fuerant plectendi Et liberauit eos. ℣. Statimqꝫ solutos a vinculis vsqꝫ ad pretoriū consulis secum adduxit. Et. Sc. ℣

Sic sanctus / ⁊ sancto aiunt naute. Nō audem⁹ pater tuis obsecundare imperatis: quia publica taxatiōe āgariati alexandriam preximus: et inde hoc triticum deferimus p mi nistrorum manus in augustalia stipendia metiendū. Quibus sanctus. Audite inquit me ⁊ ne hic amplius attenuetur ppl's: per vnamquāqꝫ ratem saltem centum michi prebete modios et ego i domini mei cui seruio virtute / spondeo polliciot promitto ꝙ nullam minorationem habebitꝫ apud regium exactorem. R. Qui cum audissent sancti nicolai nomen statim extendunt manus vtrasqꝫ in celum. Saluatoris laudātes clementiam. ℣. Clara quippe voce coram hominibus dignū referebant illuꝫ dei famulū. Qui.

Tandem interuentu p̄ Lc. vj. sulis cōuicti ex singulis puppibus centū numerauere modios. Et confestim vento surgente secundo: classes portū relinquunt atqꝫ spirantib⁹ auris volucri cursu bizantiam applicuerunt ad vrbem. Cuꝫ autem integrā mensuraꝫ quā alexandrie acceperant ministris iperatoris numerassent tantus stupor omnes accepit vt pre admiratiōe seriatim cūcta que facta fuerant eisdem narrarent ministris: qua relatione perculsi deum omnium rerū auctorē ꝯtinuata vtriqꝫ laude magnificabāt. R. Btūs nicola⁹ iaꝫ triūpho potit⁹ nouit suis famul' prebē celestia ꝯmoda

qui toto corde eius poscũt largi=tiones. Illi nimirũ tota deuotio=ne nos oportet cõmittere. ℣. Ut apud xp̄z eius patrociniis adiu=uemur semp. Illi. In.iij.noc.a. Pontifices almi diuia reuelatio=ne letificati: nicolaũ p̄sulez deuo tissime cõsecrauerũt. ps. Dñe q̄s ha. a.j.a. Sãct⁹ q̄dē triticũ qd a nautꝭ postulauerat acceptũ saga citate distribuere et augeri p̄cib⁹ īpetrauit. ps. Dñe ĩ ℣tu. a.vj.añ Munerib⁹ datis/neci sũt iuuenes inocēter addicti: qb⁹ dñi fu⁹ fuit vite p̄sidiũ festinãter. ps. Dñi ē t. ℣. Iustũ dedu. Scd̃z mat.xxv.

In illo tp̄e. Dix.ie.dis.s. parabolã hãc. Hõ qui=dam pegre p̄ficiscens voca=uit suos: suos z tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Cũ igit his miracl'is ac vir=tutib⁹ btissim⁹ floreret nico=laus: decidit in egritudinem q̃ ex hac instabili luce subtra=ctus est. Qui cũ iaceret i gra bato: accessit ad eum q̃dã mu lier lũatica de vico oleon cu=ius nomē erat eugenia: q̃ euz orabat vt sibi sanitatis ɔfer=ret bñficia. Cui⁹ p̄cibus san=ctus nicolaus annuens p̄ ea orõnē fudit ad dñm. Deinde signauit eã: sicq̧ sanitatē quã optabat adipisci p̄meruit. ℟. Sũme dei cõfessor nicolae: te ve=nerãtes protege. Nãq̧ credimus tuis p̄cib⁹ posse saluari. ℣. Qui tres pueros morti addictos ille=sos abire fecisti: tuis laudib⁹ ĩsi=stentē cõserua plebē. Nãq̧. l.viij

Cernēs itaq̧ seruus dñi ni=cola⁹ mortꝭ inexcusabile ad=eē p̄ceptũ: qd nemo mortaliũ preterire valet: cepit orare indesinēter z psallere dep̄ca=baturq̧ dñm attenti⁹ vt san=ctos angelos suos ad eũ di=rigeret: quatin⁹ susciperēt qd ei ɔmēdatũ fuerat/ id est ipi⁹ aiam. ℟. Seru⁹ dei nicola⁹ au=ripõdo triũ virginũ redemit pu=dorem. Earũq̧ p̄ris impiu dirã remãso auro fugauit inoptã. ℣. Affluens itaq̧ mie viscerib⁹: me=tallo duplicato: p̄pulsauit earũ infamiam. Earũq̧. Lectio.ix.

Et cũ magna intētiõe mētꝭ p̄fusus oraret respexit z vidit gl'iosos patronos sctõs nun=cios ad se veniētes. Inclina=toq̧ capite signo crucis se ar mauit: ac deĩde in terrã se p̄=strauit: z tricesimũ psalmũ ĩ=cepit: dicēs. In te dñe speraui nõ cõfundar ineťnũ: vsq̧ ibi. In man⁹ tuas dñe cõmendo spm̃ meũ: redēisti me dñe de⁹ veritatis. Et cũ hoc dixisset: tradidit preciosaz z sctissimã aiam in man⁹ sctõꝝ angeloꝝ qui ei apparuerant. ℟. Ex ei⁹ tũba marmorea: sacrum resudat oleũ: quo liniti sananť ceci. Sur=

dis audit⁹ reddit: ꝛ debilis q̄sq̄s sospes regredit. ℣⁹. Cateruatim ruūt populi: cernere cupientes q̄ per eū fiūt mirabilia. Surdis. p̄. Te deū. ℣. Iust⁹ germi. bb. iiij.

¶ Ad laudes ãe. sup p̄. ꝓsue.

Beatus nicola⁹ adhuc puerulus: mlˀto ieiunio macerabat corp⁹ suū. ãn. Ecclesie sancte frequētans limina: sacra pectoꝝ cōdebat mādata. ãn. Iuste ꝛ sancte viuēdo: ad honorē sacerdotij meruit promoueri diuinitus. ãn. Amicus dei nicola⁹ pōtificali decoratus infula: oib⁹ se amabilem exhibuit. ãn. O p oia laudabilē virū: cui⁹ meritis ab oi clade liberant/ qui ex toto corde q̄runt illū. ãn. O xp̄i pietas oīm prosequēda laude: qui sui famuli nicolai merita lōge lateq̄ declarat: nā ex eius tūba oleū manat: cūctosq̄ lāguidos sanat. p̄. Benedictus. Cōmēo. fiat de aduen. ad hoꝝ. diurna. ãe. de laudi. cetera oia vt in suffragio sāctoꝝ de vno cōfes. ꝛ pōtifice.

¶ Ad scđas vesˀ. ãe. de laud. ꝓi. de dic. ãn. ad mgt. Copiose charitatꝭ nicolae pōtifex: qui cū deo gl'iaris in celi palatio: cōdescende supplicamus ad te suspirātib⁹: vt exutos graui carne ꝑtrahas ad superos. ps. Magt. Cōm. scti andree. ã. Ambulās iesus. ℣. In oēꝫ ter. oro.

Protegat nos dn̄e sepius bti andree apostoli tui repetita solēnitas: vt cui⁹ patrocinia sine intermissiōe recolim⁹: perpetuā defensionē sentiamus. Per dn̄m. Cōm. de aduē. Quando autē festū scti nicolai in dn̄ica euene. in scđam ferā trāsferat: ꝛ i eadē scđa fer. sctō andree cōme. tm̄ tribuat. Sed oct. scti andree in sabbō anticipet cuꝫ pleno officio qđ in vltio die ꝑnotatur: ãis tm̄ exceptꝭ in euāge. ꝑnotatis: q̄ in eadē scđa feria ad cōmēo. scti andree dicant vltio die scꝫ octa. scti andree. Ad matut. Inuit. Adoremus. dd. 8. ℣⁹. Etna xp̄i mu. Cū aūt festū scti andree ꝛ duo seq̄ntes dies extra aduē. euen̄. in quib⁹ duob⁹ dieb⁹ ad matut. ãe. sup ps. Uidit dn̄s petrū. Dicant tūc in vltio die octa. ceder ãe. ad mat. dicant/ que i die sctō ꝑnotant/ si ℣o ifra aduē. do. euen̄. tūc hac die he ãe. Uidit dn̄s petrū. ꝛ cete. ãe. sr ps. habeāt. ee. ss. ꝛ sc. de ꝑi suffra. aploꝝ. Rła vt hic notāt. ℟. j. Dū pābularet do. vtš. ee. j. ℟ꝫ. ij. Uenite post me faciā vos fieri piscatores hoim At illi cōtinuo relictis retib⁹ suis: secuti sūt xp̄m redēptorē. ℣ Dū pambularet dn̄s iuxta mare secus litt⁹ galilee: vidit petrū ꝛ ādreā ꝛ vocauit eos. At. ℟. iij. Expādi man⁹ meas tota die i cruce ad ppl'ꝫ nō credētē: sꝫ ꝯtradicētē michi. Qui am

bulat vias nõ bonas sz post pctã sua. ℣. De⁹ vltionũ dñs: de⁹ vltio num libere egit: exaltare q̃ iudicas trã redde retributionẽ supbꝭ Qui. ℟. repeta. lo. Te deũ. ℣ Dilexit ãdreã. Ad lau. ã. Salue crux. cp. p⁹. ℣. õ ꝯi suffra. apo. ã Dñe ie. q̃re l. ij. vel. l die sctõ p̃. Bñ⁹. ꝯm. de adñe. Soli. cõ me. dimit. Ceta. i cõi. cũ orõe Protegat. ¶ In ꝯcep. b. ma.

Gaude mr̃ vgi. ad. j. ves. ã. eccl̃ia noua freq̃ntãs gaudia: lux micat de caligine rosa de spine germie. p̃ . oia laudate. ã. Hec ẽ illa stella marꝭ p quã fulsit lux solarꝭ cui⁹ festũ celebrem⁹ ꝛ iu uamẽ iplorem⁹. ã O maria claus⁹ hort⁹ naufragãtꝭ mũdi port⁹: placa nob q̃ te fecit mr̃ez sibi quã elegit. ãn Adesto iã supplicib⁹ nr̃is fauẽdo p̃cib⁹: manũ bẽignã porrige vitãq3 nr̃az dirige. ãn. Audi vgo gl̃ifica post filiũ spes vnica: clemẽs ꝛ piosa nr̃a dele crimiosa acceptãs nr̃a cãtica ipetra gaudia celica. cp̃. eccli. xxiiij

Ego q̃si vitꝭ fructificaui suauitatẽ odorꝭ: ꝛ flores mei fruct⁹ honorꝭ et hõestatꝭ. ℟. Cordis ac vocꝭ iubilo pãgamus laudes dño. Cuius mr̃is ꝯceptio mũdũ pfudit gaudio. ℣. Suscipe deuote p̃cõia xp̃e catue. Cũ. hy⁹. Aue ma. stel. ℣ Diffusa. ã. Aue dec⁹ vgineũ/aue iubar ethereũ: nobꝭ p̃ns solẽnitas da sit spes io cũditas: tua nãq3 ꝯceptio sũmis est gratulatio all'a. p̃. Mgt. oro.

Deus q̃ btẽ sp vgis marie ꝯceptionẽ pentib⁹ ãgelico vaticinio p̃dixisti: p̃sta q̃s huic familie tue vt ꝯtinuis ei⁹ p̃sidijs muniat: cui⁹ sacra ꝯceptõis solẽnia ꝯgrua deuotõe veneratr. p õ. In ꝯpl. p⁹ ꝯfes. ℣. Aue mar. post ptũ. Spõsa fa. Inui. Eya puigiles dño iubilate fideles. Cõceptũq3 pie solẽnizate marie. p̃. Veñ. p⁹. Quẽ t. cc. 8. In. j. noc. ã. Gaude fidelis ꝯcio: adest ei⁹ ꝯceptio: q̃ delet eue maculã: vite redonãs infulã. ã. Cui eua obediuit hec spẽtꝭ caput ꝯtriuit. iugũ spernẽs nuptiaꝝ deouo uit celibatũ. ã. A pphetꝭ p̃cinit ꝛ figurꝭ oñdit q̃ mulier pcederet: q̃ deũ vgo pareret. ℣. Diffusa. lc. j.

Contigit q̃ cũ rex danoꝝ audiret mortẽ alexãdri regꝭ ãgloꝝ: quẽ vilhelmus dux potẽtissim⁹ normãnoꝝ deuicerat. Properat venire ꝯ ducẽ i ãgliã vt eo opp̃sso illã trã suo dñlo subiugaret. Idẽ dux venerabilẽ dñm helsinũ noie abbatẽ: ad ptes dacie destiauit: q̃ erat dñs p uid⁹/pacific⁹/ꝛ discret⁹. Et q̃ ip̃e aduẽtũ regꝭ auerteret: et pacẽ int eos put meli⁹ posset reformaret. ℟. Fulget dies ho dierna digna laude sempiterna. Qua ꝯcepta ẽ maria: p quã patz vitevia. ℣ Germie regali necnõ ꝛ pontificali. Qua cõce. Lctõ. ij.

Ad hoc abbas accept⁹ deo ⁊ gratus hoīb⁹: in daciā ꝑfectus in cōspectu dicti regꝭ tantā inuenit grāz: vt ad votū ꝓ quib⁹ missus fuerat: expediret: volens ad ꝓpria remeare cū nautis: nauē ascendit. Pergendo maris spacia tandē vētus ꝯtrarius oritur: ⁊ in maris ꝑiculo ꝯstituti ad deū hūiliter orantes clamauerūt. O de⁹ clemētissime et pat miē/respice nos de sede glīe tue qui vētis et mari ipe ras: trāquillū tp̄s facias. ℟. O btā progenies o venerāda series: vnde surgit vt aurora maria virgo decora. Que produxit mūdo solē: verā dei patris ꝑlem. ℣. Hec merito dicta sup oēs est benedicta. Que produ. Lec. iii. Etiā iuocātes maris stellā mariā dixerunt. O maria dei cella placa mare: maris stella tuū natū interpella: ne inuoluat nos ꝓcella ⁊ tēpestas valida. Apparuit eis angel⁹ pōtificalib⁹ vestib⁹ adornat⁹ Ait abbas. Ad dn̄z cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. Ait ei āgel⁹ ego sū āgelus dei missus ad te: vt annūciem tibi cōceptionē ꝟginis bn̄dicte. ℟. Sicut rosa iter spinas illis addit speciē sic venustat virgo suā maria progeniē. Germinauit ei florē q̄ vitalē dat odorem. ℣. Cuius cūctoꝝ laus ꝓmitt ore pioꝝ. Germi. In. ij. noc. ān. Nāq3 rubus incōbustus moysen qui terruit: hec est virgo q̄ pudore saluo deū genuit. ps. Eructauit. c. viij. ān. Uirga aaron fructifera marie typū gesserat: q̄ nobis fructū attulit: nr̄az q̄ famē depulit. ps. Deus nr̄ refu. D. i. ān. Esaias ille diuus secretoꝝ dei riuus virge nouās mentionē pandit hanc cōceptionē. ps. Fūdamēta. c. viij. ℣. Specie tua. L. 4.

Unde si ꝟbꝭ meis credideris a p̄nti periculo liberaberis: ⁊ ad ꝓpria ꝓspere remeabis. Qui statim dei nūcio rn̄dit se ꝯpletuꝝ q̄cq̄d ei iniūxerit ⁊ factuꝝ. Ad quē āgel⁹ Promitte ergo id q̄ deuotissime: cōceptionē glīose virginis annuatim colere et solēniter celebrare. ℟. Uirga iesse de radice genus duxit inclitum: oraculis ꝓphetaꝝ quod fuerat proditū. Inde ꝟgā egressurā florē xp̄z pariturā. ℣. Uoce ꝓphetie signat ꝟgo marie. Inde. Lc. v. Quesiuit abbas qn̄ celebrabitur istud festū. Rn̄dit angelus. Sexto idus decēbris celebrabis: ⁊ celebrandum alijs nūciabis. Ad quē abbas. Et quo vtar officio: qd̄ ꝯueniat huic festo? Et angelus ad eū Officiū qd̄ in natiuitate eius dicit: in cōceptiōe eius dicet

donec ab eccl'a aliter ordiet. Et vbi natiuitas in eius natiuitate dicit: cōceptio in hac celebritate dicat. ℟. Prophetalis nubem leuē vox dixit ascēdere saluatorem egiptiq3 tenebras inuisere. Ut in mort3 caligine sedentes lustret luie. ℣. Diffugiūt tenebre pādūt secreta latebre. Ut in mortis cali. Lectio sexta.

Igitur abbas p̄dict9/grās agens deo: promisit acvouit ꝯceptionē beate marie sexto idus decēbris perpetue colere: ꝛ solēnit celebrare/ꝛ celebrādū alijs nūciare. Angel9 disparuit: serenitas redijt. Postea abbas prefat9 ꝓmissum deuot9 impleuit: annuatim deuote celebrauit ꝛ i monasterio suo ꝑpetuo celebrādum instituit. Quāuis ab aliquibus cōsueuit dubitari: an festū illud celebrari debeat. Sed absit a cordib9 fideliu3: vt istud ꝟtat in dubiū: cū conceptiōis solēnitas ad gratiā referatur. Ad laudē dei omnipotētis ꝛ genitricis ei9 bn̄dicte: in scl'3 ꝛ vltra amē. ℟. Cordis ac vocis. vt s. ad vesp. In .3. noc. an. Abrahe fit promissio q̄ illi9 successio velut arena cresceret stellisq3 equalis fieret. ℣. Cātate. j. f. ij. an. Hoc ꝓmissum est adimpletū caste p mari e fetū q̄ gignēdo granū seuit de quo seges tāta creuit. ℣. Dn̄s reg. ex. an. Gratulare et letare vrbs opima nazareth hodierna fecundaris vbertate gr̄e ca sus mortis salus orbis spes datur ꝛ venie. ℣. Cātate. ij. f. iij. ℣. Adiuuabit eam.

¶ Initium sancti euangelij scd'm mattheū. j. Lctō p'ia.

Liber generationis iesu christi filij dauid: filij abraā. Abraā genuit isaac isaac aūt: genuit iacob. Et r.

Homil. bt̄i hieronymi pbr̄i.

In esaia legim9. Gn̄ationē eius q̄s enarrabit? Nō ergo putem9 euāgeliū ꝓphete cōtrariū: vt quod ip̄ossibile dixit affatu: hoc narrare incipiat. Ibi quidē de gn̄atione diuinitatis: hic de incarnatiōe dictū est. A carnalib9 aūt incepit: vt p hoiem deū discere incipiam9. ℟. Celebris dies colitur: in qua virgo ꝯcipitur: que per obediētiā mūdo refudit gratiā. Ut q̄d ruit per feminā: releuetur p feminā. ℣. Ista fuit digna trāsgress9 tergere signa. Ut. L. ij.

Filij dauid filij abraam: ordo ꝑposter9 s3 necessario cōmutat9. Si em̄ primo posuisset abraā ꝛ postea dauid: rursus ei repetend9 fuerat abraam vt gn̄ationis series texeretur. Ideo ceter3 premissis horū filiū nūcupauit: quia ad hos tm̄ facta ē promissio: ad

abraã inqt. In semine tuo benedicenť oẽs gẽtes terre: qđ est xp̄s. Ad dauid aūt: de fructu vẽtris tui ponã sup sedez tuã. ℟. Ecce nouū p pphetã sup terram facere se pmittit auctor: virū feminã circūdare Uenerāda nouitate prodeūt miracľa: nã marie p̄gnans alu⁹ dei prolẽ baiulat. ℣. Sãctus obūbrauit huic sp̄ūs ⁊ grauidauit fitq̃ parẽs: et virgo manet. Venerã. Lctõ. iij.

Iudas autẽ genuit phares ⁊ zaram de thamar. Notãdū in genealogia saluatoris nullam sanctarų assumi mulierẽ: sed eas quas scriptura reprehendit. Ut qui ppter pctõres venerat: de pctõrib⁹ nascens oĩm peccata deleret. Unde ⁊ in sequẽtib⁹ poniť ruth moabitis: ⁊ bersabee vxor vrie. ℟. O maria clausa porta quã nemo aperuit: princeps ille qui transiuit deus ⁊ homo fuit. Nec ingressu nec egressu violauit clausulã: sed quã pri⁹ nõ habebat: sumpsit carnis fibulã: sic togatus tanq̃ spõsus suo processit thalamo. ℣. Perfudit tota sacra ṽgo: te theotoca decreuitq̃ de⁹ filius esse tu⁹. Nec. Gľia. Nec igress. p̄. Te deū ℣. Speciosa fctã. Ad laud. ãn.

Onceptus hodiern⁹ marie semper virginis nexum tergit/nexum soluit vetuste origis/mestis reddit leticiã dat crimiosis veniã. p̄. Dn̄s regnãcet. ã. Gľiosa sp ṽgo maria dľcissima te precamur venerãdã: ãnue pijssima in offensis ne labamur/a te semp protegamur. ã. Maria plena gratia stirpe concepta regia: assistẽtes tue laudi. mitãdo nos exaudi. ãn. O q̃ larga te pfudit virgo bn̄dictio: qua deleť quã induxit eue maledictio intẽde nr̄is laudibus btã in mulieribus. ãn. Dignare me laudare te virgo: et puerpera: te laudãtes ab erūnis leua sup ethera: potes ei yt dn̄a poli pandere limina. Cp̄. vt s̄. in vespis. Hymnus

Ut porta xp̄i puia/referta plena grã: trãsitq̃ rex ⁊ pmanet/ clausa vt fuit p scľa. Genus supni luminis/ pcessit aula ṽginis: sponsus redẽptor pditor/sue gygas ecclesie. Honor matris ⁊ gaudiū/ immẽsa spes credẽtiū: p atra mortis pocľa/resolue nostra crimina. Maria mr̄ grẽ. Gloria tibi dn̄e/q nat⁹ es de ṽgine. ⁊c. vt s̄. ℣. Elegit. ã. Bn̄dicta es maria laus vera spes ⁊ dn̄a/te collaudat/colit/tremit/trina mūdi machina: in tua cõceptiõe congaudẽtes cõfoue: profutura largiẽdo nocitura dimoue allľa. ps Bn̄dict⁹. orõ vt s̄. Ad horas diurna. ãc. de lau. cū cp̄. ⁊. ℟. vt in natiuitate eiusdem. Ad scdas vesp. ps. Dixit do. Cõfi.

tebor. Btūs vir. De pfūdis. Mementoān. Magnifica xpi mat regina clara celorū: reparatum se letatur p te cetus beatorꝝ in die tue cōceptiōis cōfer opem intercessionis: vt p tua suffragia: colletemur in glia allā. p. Mgt.

Sequitur de sctā anna ad pmas vesperas. ān.

Felix orbis felix hora: dū stat inter filias annavelut lux decora: morū dans premitias. p. de die. ān. Genitrici sue digne preparat palaciū: anne corp⁹ dū insigne creat factor omniuꝫ. ān. Quā preclarū et iocundū est āne corpusculū: in quo de⁹ matri mū dum prestat habitaculū. ā. Ager anne rosam florū protulit ꝛ liliū: rosa florēs en decorꝝ: pfert dei filium. ā. Mediāte nobis anna mediatrix nascitur: cuius vētre dul ce manna: mūdū sanans oritur.

Capl'm Sapiētie. iiii.

O q̄ꝫ pulchra est casta generatio cū claritate: imortalis est ei memoria illi⁹: qm̄ ꝛ apud deū nota eiꝫ ꝛ apd̄ homines. R. O laus. vt sequit. in. Salue parens anna illuxisti late celi ferens manna vite sctitate. hy⁹.

Electa fuisti q͛ sis mater matris xpi: mūdo tristivitam genuisti. Castitatis testis ligni vite fructū carne sctā vestis/ eue mutans luctū. O dulcis maria matri meruisti: q͛ possit in via sic sublimis sisti.

Aue maris stella trementes cōforta: sub mūdi pcella felix celi porta. O ei mat alma/ da triūphi dona: in virtutū palma vincentes corona. Sit laus deo patri spūisancto: tribus honor vnus. Amen. v⁹. Diffusa est grā in labijs tuis. ad Mgt. ān. Quā felici quā beata forte carni copulata virginis est aia: nā per eaꝫ in materna mēbra deus dat supna gaudia p mariā: neqꝫ verbis explicata sciri iam tunc anne data summa ꝯsolatio: vt pax dei nobis detur hoc sublimis operet anne depcatio. or.

Deus qui beate āne tātam grām donare dignatus es: vt btissimā mariā matrē tuā in suo gliosovtero portare mereretur: da nobis per intercessionē mrīs et filie tue ppiciationis abundātiā: vt quarū memoriā pio amore cōplectimur: earū precib⁹ ad celestem patriam puenire mereamur. Qui viuis. Inuitatoriū. Mariam ꝛ annā venerātes venite iubilemus Sanctarum festa celebrantes/ summum sanctum adoremus. p. Venite.

Arbor est alte glorie/ florēs anne fecunditas: quam lux perfudit gratie/ virtutūqꝫ sublimitas. hy⁹.

In huiꝰ culmē arboris/deꝰ nidū reposuit:āne vēter duz corpis/marie fructu floruit. Maria nidus arboris/clauso nido ꝟgineo: fortē immēsi roboris/celū missū ēpireo. Anna maria parit/diuinis erant ocłis grate pre cunctis dulciter/eternis sēper scłis. Matris ⁊ nate ꝑcibus/optamus nos suppliciter: celi cōiungi ciuibus/deo frui feliciter. Maria mater gr͞e. O. Ita tibi dñe. In.j.noct.añ. Anne mr͞imoniū vera castitate ꝑ cūctis mortaliū precessit btē. ps. Dñe dñs nr͞. a.ij.añ. Florens sctimonia iam grauis etate:plena magna gr͞a ardet charitate. ps. Celi enarrāt. a.vi.ā. Anna plorat ⁊ implorat dona sctispūs:celū rorat ⁊ irrorat gr͞am diuinitus. ps Dñi est ter. b.ij.ꝟ Diffusa. lc.j.

Mulier sctā cum esset in ꝟgulto plorauit amare:ocłis ac manibꝰ in celū sēper intēta: dñm in orōnibus deprecabať dicēs. Dñe deus patrū nostrorū exaudi me sicut exaudisti saraz et benedixisti:cū ei filiuz isaac dedisti: heu michi quis pr͞ me genuit ⁊ que mater me peperit:quia maledicta suz inter filias isrł me subsanātes:⁊ a tēplo dñi dei mei me expellūt. ℟. Juste viuens ⁊ pfecte arsit anne cor directe diuinis affectibꝰ ex hoc fuit preelecta deo placens et dilecta Pre cunctis cōiugibus. ℣. Facta est quasi nauis institoris:de longe portans panē suū. Pre. lc.ij.

Heu michi dñe deus meus: heu michi cur suz infecūda ⁊ sutilis/cur maledictiōi dedita:⁊ Anna aūt sic lamētāte:ecce angelus dñi astitit/dicēs. Anna anna/exaudiuit dñs vocē deprecatiōis tue. Ecce cōcipies ⁊ paries: ⁊ in omnē terrā exiet sonus seminis tui. ℟. Ciuis missus est supnꝰ/annā implet sempiternꝰ fructꝰ sapiētie ventris portat in secreto dei patris ex decreto Thesaurū clemētie. ℣. Posui illū regnis et sedibꝰ ⁊ diuitias nichil esse dixi in comparatiōe illius. Thesaur. lc.iij.

Igitur anna exhilarata: dixit. Uiuit dñs deus quodcūqꝫ genuero: seu masculuz seu feminā:offeram ipz dño deo meo: eritqꝫ deo seruiēs oibꝰ diebꝰ vite sue. Dixit ⁊ ita cōtigit. Quod etiā vt btūs hieronymꝰ refert/angelꝰ dñi ꝑdixit loquēs ad beatā annā. Anna inter nuptas bn͞dicta/annūcio tibi nasciturā filiam q̄ maria vocata:⁊ a natiuitate gr͞a dei plena/sup oēs mulieres erit bn͞dicta. ℟. O maria maris stella : seruā carnis ne procella:nos mergat i vicijs:tue

matris iteruētu Angelorū ex cō-
centu letemur ⁊ p̄miīs. ℣. Tu es
mr̄ pulchre dilectiōis ⁊ agnitiōis
et sancte spei Ange. In .ij. noct.
an. Felix anna gustās māna diui
ne dulcedinis: illustratā parit na
tam summe pulchritudinis. ps.
Eructauit. c. ȝ. ā. Quā sit chā-
ra q̄ p̄clara casta gn̄atio: nos in-
format mūdū ornat: anne partu-
ritio. ps. Deus nr̄ refu. d. j. an.
Anna prudēs ⁊ marit⁹ in om̄i iu-
sticia legis sue seruāt ritus lucē-
tes in gratia. ps. Fundamēta.
e. viij. ℣. Specie tua. Lctō. iiij.

Hec post tres oblatio-
nis sue annos: dn̄i ser-
uitio mancipata: a tēplo vsq̄
ad intelligibiles ānos nō re-
cedet: ieiuniis ⁊ orōnibus die
ac nocte deo seruiens: ab oī
immūdo se abstinebit: virum
nūq̄ cognoscet sed sola sine
exēplo sine macula / sine cor-
ruptiōe / sine virili cōmixtōe:
virgo filiū famula dn̄m: redi-
menda / redēptorē ⁊ saluato-
rem mūdi generabit. ℟. hoc
honestū atq̄ rectū hoc deuotū et
pfectū est i matrimoniis / castūq̄
fuēt amorē. Qd se iungāt in ho-
norem diuinis seruitiis. ℣. Cast⁹
amor q̄rit plē nō carnis lasciuiā.
Itaq̄ surgens. lc. v. Quod.
ascēde hierlm: ⁊ cū peueneris
ad portā que aurea vocatur:
ibi pro signo virū tuū p̄ cui⁹
icolumitat̄ statu sollicita es
habebis obuiū. Cū ergo hec
ita euenerint: scito q̄ ea q̄ an-
nuncio sine dubio ɔplēda est
Igitur iuxta angelicū prece-
ptum / vterq̄ de loco in q̄ erāt
se pmouētes: ascēderūt hirlm
Et cū vēissent ad locū ab an-
gelo assignatū: inuicē sibi ob
uiauerūt ibidē. Tūc de mu-
tua visione leti: ⁊ plis pmisse
certitudīe securi debitas ege
runt dn̄o grās humiliū exal-
tatori. ℟. Nubentes se iuste te-
nent fide mundi se refrenēt caute
desideriis. Ne superba mens pro
rūpat vel acerba pacē rumpat in
suis maliciis. ℣. Beatus qui tene
bit ⁊ allidet puulos suos ad pe-
tram. Ne superba. Lectio. vj.

Itaq̄ adorato dn̄o: domū
reuersi pmissum expectabāt.
Cōcepit anna et peperit filiā
iuxta āgelicū mādatū parē-
tes eius vocabāt mariā. Cū
esset triū annorū ⁊ ablactatio
nis tēpus cōpletū esset: in tē-
plum cum oblationibus pre-
sentat. Erant aūt circa tēplū
quindecim gradus ascensio-
nis: in imo virginē cōstituūt.
Ipsi vestimenta q̄ in itinere
habebāt exuerūt: vt cultiori-
bus se induerent. Virgo dn̄i
singillatim sine ducentis so-
lamine ita ascendit: vt perfe-
cte etati in hoc nichil deesse

putares. R. Apostoli celi ciues erūt grati si non sibi querūt sed factori gloriam: vt per oēs honoretur. Qui hoc semper meretur per suā clemētiam. V. Bñdicite deū celi et corā oibus confitemini illi. Qui. In iij. noc. ān. Ante deū anna patet collaudādo iugiter: hostis timet miser latet ipsa stante fortiter. ps. Cantate. j. f. ij. ān. Offert foris ꝛ in templo precū sacrificia: ꝟbo trahit ꝛ exemplo ad dei seruitia. ps. Dñs reg. j. f. ij. ā. Dei ducit ad honores plurimos ex ppl'is: vt acceptant dignos mores pro eternis sctis. ps. Cātate. ij. f. iij. V. Adiuuabit eā. f. vij. p9 mat. 7

In illo tpe. Dixit iesus discipl'is suis. Omnis arbor bona fruct9 bonos facit. Mala aūt arbor fructus malos facit. Et reliqua.

Iam quippe dñs in ꝟginis sue infantia magnū qd operabatur: ꝛ q̄nta futura erāt i huius miracli indicio pmōstrabatur. Sacrificio igit dñi p3 cōsuetudinē legis celebrato: ꝛ voto suo pfecto: ꝟginē itra septa tēpli cū aliis ꝟginibus educādis dimiserūt. Ipi aūt in domū suā sūt reuersi. Uirgo vero dñi quotidie cū etatis processu: ꝟtutib9 proficiebat. Et quia iuxta psalmistā Pater et mater dereliq̄runt eam: dñs autē assūpsit eā. R. Omnis noscens creaturas tam pñtes q̄ȝ futuras dei prescientia. Non inuenit ita gratum nec virtutum cōprobatū par inter ꝯiugia. V. Nō est inuētus similis illis: qui cōseruaret legem excelsi. Non inueuit. Lectio octaua.

Quotidie namq3 ab āgelis frequētabatur: quotidie diuina visiōe fruebat / q̄ eā a malis oibus redūdare faciebat: ꝛ sic vsq3 ad quartūdecimum annū peruenit: vt nō solū mali de ea nichil reprehēsiōe dignū ꝯfingere possent: s3 ꝛ boni oēs qui eā nouerāt: vitā et cōuersationē eius admiratione dignā iudicarūt. Pōtifex publice nūciauit vt ꝟgines q̄ in templo instituebātur ꝛ etatis tēpus implessent domum reuerterent: ꝛ nuptiis operā darent. R. Illos deus quos p̄sciuit quos dotauit: ꝛ vestiuit tāta precellētia. Dignos inter oēs gētes preelegit in parētes: ꝛ matris obsequia. V. Elegit eos ex omi carne: ꝛ dedit illis cor ad p̄cepta ꝛ legem vite. Dignos. L. ix.

Cui mandato cū cetere virgines ꝑne paruissent: sola ꝟgo maria hoc facere se non posse respōdit. Siquidē ꝛ parentes suos se dixit seruitio dñi mācipasse. Insuper et seipam ꝟginitatē deo vouisse. Pontifex in angustia consti=

tutus: cũ neq; ↄtra scripturã que dicit / vouete et reddite/ votum infringendũ putaret: neq; morẽ genti insuetũ itro ducere auderet. Precepit vt ad festiuitatẽ que imminebat oẽs ex hierosolimis ⁊ vicinis locis primores adessent: quo rum consilio sciret quid in tã dubia re faciendũ esset. Qd̃ cum fieret: omnibus in cõmu ne placuit dominũ super hac re consulendũ. ℟ O laus grã dis anne matris: nam preclarum dei patris ẽ gazophilaciũ: in quo clausit summũ aurũ deitatis. Et thesaurũ thesaurorũ optimũ. ℣. Cãdor est em̃ lucis eterne ⁊ imago bonitatis illius. Et thesaurũ. Gloria. ps. Te deũ. ℣. Audi filia. Ad laudes ãn. Anna virens radix iesse: pullulat vtilit nos ꝟtutũ replẽs messe per mariã dulcit. ps. Dñs regnauit. cũ ce[t]is. ãn. Annam nupte reuerenter extollant preconijs eas iuuet vt decẽter in suis coniugijs. ãn. Anne preces dñ exundant pro nuptaꝝ venia: ma tres ditant ⁊ fecundant / nutriẽdi gratia. ãn. Annam clerus veneretur postulans suffragia: vt marie per hoc detur magna reuerentia. ãn. Anna maria precibus clerũ ⁊ ecclesiam confortent: vt in omnibus seruent continẽtiã. ps. Laud. Cp. puer. xiij.

Mulierem fortez quis inueniet: procul et de ultimis finibus preciũ eius: cõfidit in ea cor viri sui/ ⁊ spo lijs nõ indigebit. Deo grãs. Anna matrona hy⁹. maxima/ est testamẽti veteris: p mores erat optima/ excelsior pre ceterꝫ. Cuius maria filia / throni tenẽs sublimia: cũctos legis ⁊ gratie / longe preit in acie. Ambe sursum eximie / ⁊ pemineẽtis glorie: precãtes nos respicite/ vultu misericordie/ Sacra celorũ acie/ felix anna sub limiter: cõiũcta tue filie/ p nobis ora iugiter. Maria mat. Gr̃a tibi dñe. ℣. Elegit eã. ãn Nobis erat hoc necesse ꝙ viuendo radix iesse virgã introduceret: de qua virga flos prodiret: q̃ nudatos reuestiret: ⁊ egros reficeret: deuictoq; mortis felle: deitatis sacro melle: nos sursum eri geret: hoc maria flos decor⁹ ies⁹ dulcis ⁊ saporus: tua prece confe ret. ps Benedict⁹. Ad scõas vesp. ãn. Mundi carnis et demonis astucia ne malicia nos cõterat in vicijs: et trahat ad supplicia: anna nobis et filia: plene virtutum gratia: saluantes a miseria: grata ferant suffragia. ps. Magñt. ¶ Sãctorum victorici et fustiani ãn. Gaudent in celis. vtã. aa. v iij. Collecta.

Deus qui fideliū tuorū multitudinē annua sāctorū tuorū martyrū victorici et fustiani festiuitate letificas: cōcede ꝓpicius: vt quorū passionē deuote recolimus: eorū tibi meritis cōmēdemur et precib⁹. P. Cōmēo. de sctō damaso cōfef. ꝛ papa. ā. Confessor dñi. bb. iij. ℣. Ecce sacerdos. ibidem. Oratio.

Misericordiā tuā dñe nobis q̄s interueniēte btō confessore tuo damaso clemēter impēde: ꝛ nobis pctōrib⁹ ipi⁹ propiciare suffragijs. P do. Cōme. de aduē. de s. maria: ꝛ de oibus sctis. Inuit. Uenite adorem⁹ regē. aa. 8. cera in cōi. ℣ Letamini in dño. R m. Sancti tui dñe. bb. ij. R. Tāq̄ auꝝ. R Propter testamentū. ps. Te deū. nō dr. ān. Absterget deus. bb. ij. Cōmēo. de sctō damaso. ān. Euge serue. bb. v. Commēo. de aduē. de sctā maria. de oibus sctis. ¶ Lucie virginis ꝛ mar. ad prias vel. ān. Orante sancta lucia apparuit ei beata agatha ꝛ cōsolabatur ancillam xp̄i. R. Per ipsam te depcor mr̄ que te suis saluauit pcibus. Ne aliquādo michi i terris noies sponsum: nec velis de corporis mei posteritate fructū mortalitatis inq̄rere. ℣. Que datura eras pro corruptiōis mee auctore: da mihi eunti ad integritatis mee auctorē xp̄z. Cp. Dñe de⁹ meus. cc. j. hy⁹. Uirginis ples. ibid. ℣⁹. Diffusa. ān. am. In tua patientia possedisti aiam tuā lucia sponsa xp̄i: odisti q̄ in mundo sunt et coruscas cū angelis sanguine proprio inimicū subisti. p.

Exaudi Oratio. (Mgt. nos deus salutaris nr̄ vt sicut de btē lucie virginis ꝛ martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotiōis erudiamur effectu. Per dñm. Cōmēo. de aduētu ꝛ de sācto magno. ān. Scti martyris. aa. v. ℣. Glia ꝛ ho. Oro sī pi vni⁹mr. Inuit. Agnū spōsum. cc. j. In. j. noct. ān. Lucia virgo venerabilis / siracusanoꝝ nobilissima cum mr̄e euticia ad sepulchrū btē agathe venerādū cōuenerat. p. Dñe dñs nr̄. a. ij. ā. Crede mr̄ agathē pro xp̄i noie passam: hoc meruisse vt semp eū pn̄tem pro quo passa est habeat. ps. Celi enarrāt. a. vj. ān. Cōtinge ergo sepulchrū ℣ginis credēs: ꝛ cōtinuo a fluxu sanguinis liberaberis. p. Dñi est ter. b. ij. ℣ Diffusa est gra. lc. j.

Pascasius procōsularis sanctā luciā ad sacrificia demonū iuitauit. Cui btā lucia ait. Sacrificiū imaculatum apd̄ p̄rem hoc est: visitare viduas ꝛ orphanos in tribulatione eorū. Ego p istos

tres ãnos nichil aliđ egi:nisi sacrificaui deo meo Jã qz nichil supest qđ sacrificẽ: meipam offero deo hostiã viuẽtẽ:qđ sibi placet de hostia sua faciat. ℞ Lucia ṽgo qd a me petis qđ ipsa potis p̃stare cõtinuo: nã z mr̃i tue fides tua subueniat: z ecce salua est. Qz iocũdũ deo in tua ṽginitate habitaculũ p̃parasti. ℣ Sicut p me ciuitas cathenẽsiũ sublimat a xp̃o: ita p te ciuitas siracusana decorabit. Qz. lc.ij.

Pascasi9 dixit. Jsta ṽba culcũqz tibi simi narrare poteris xp̃iano:mihi ãt q̃ pricipũ iussa custodio/ista frustra pseq̃ris. Lucia dixit. Tu pricipũ leges attẽdis:ego leges dei attẽdo:tu pricipes times ego deũ timeo ℞. Per ipam te deprecor. vts ad vespas. lc.iij.

Tu pricipes offẽdẽ nõ vis: ego deũ offẽdere caueo. Tu illis placere desideras: ego vt solũ xp̃o placeã cõcupisco Tu ğ fac qđ tibi videt vtile:z ego hoc ago qđ mihi vtile recognosco. ℞ Si tibi gratũ vis esse deũ viuẽs z salutẽ tui corpis habẽs:da xp̃o que possides. Moriens em̃ ideo das qz tecũ auferre nõ preuales. ℣ Non satis deo char9 ẽ:q̃ dat quo frui nõ põt vñ qđ michi spopõderas incipe tradere xp̃o. Mo. Jn.ij.noc.ã Fiebat interea p̃diox ac gẽmax distractio:z quotidie pauperũ necessitatib9 expẽdebant. ps. Eructauit. c.viij.ãn. Tandẽ ad spõsi noticiã puenit: pponit litẽ i iudicio sponsam suã xp̃ianissimam cõtra leges viuere augustox. ps. Deus nr̃ refu. d.j.ãn. Paschasius procõsularis luciã corripiẽs cepit ad sacrificia demonum trahere. ps. Fũdamẽta. c.viij. ℣. Specie tua. Lectio.iiij.

Pascasius dixit. Patrimoniũ tuũ cũ corruptoribus tuis extirpasti: ideo q̃si meretrix loquerӡ. Lucia dixit. Patrimoniũ meum tuto loco reposui:corruptores autez nec mẽtis nec corpis aliq̃n suscepi. ℞. Lucia virgo iudici dixit: patrimoniũ meũ tuto loco constitui. Corruptores aũt nec corpis nec mentis mee aliq̃n suscepi. ℣. hostiã sanctã viuẽtem :deo viuo meipsam offero. Corrupto. lc.v.

Pascasi9 dixit. Qui sũt corruptores mẽtӡ z corpis? Lucia dixit. Corruptores mẽtӡ estis vos : de quib9 apl's ait. Corrũpũt bonos mores colloq̃a mala. Suadetis em̃ homines meretricari: vt dimittant suũ creatorẽ z sequãtur diabolum/in idolis vanis et immũdis simulacris. Corruptores corpis sũt:q̃ delectationibus sempiternis labẽtẽ leticiaz ppetuis gaudijs an-

reponūt. ℟. Pascasi⁹ dixit cessabūt verba cū fuerit ad verbera peruentum lucia dixit: verba dei cessare nō poterūt. Ancilla dei sū ⁊ ideo dixi verba dei. ℣. Nō vos inq̄t xp̄us/loquimini in cōspectu iudicū: sed sp̄ūsſctūs. An. ſc. vi Pascasius dixit. Cessabunt v̄ba cū peruētū fuerit ad verbera. Lucia dixit. Uerba dei cessare nō poterūt. Pascasi⁹ dixit. Tu ergo deus es. Lucia dixit. Ancilla dei sum: et ideo dixi v̄ba dei: q̄ꝛ ip̄e dixit Nō vos estꝫ q̄ loq̄mini in cōspectu iudicū: sꝫ sp̄ūsſcūs ip̄e loquet̄ in vobis. ℟. Nunq̄ inquinat̄ corp⁹: nisi de cōsensu mētis. Naꝫ si inuitā me fecerꝭ violari castitas michi duplicabitur ad coronā. ℣. De sensibus eni̅ ⁊ voluntatibus iudicat deus. Nam. In iij. noc. ā. Beata lucia dixit: pascasio: sacrificiū mūdū ⁊ immaculatum apud deū et patrē hoc est: visitare viduas ⁊ orphanos i tribulatiōe eoꝛū. p̄s. Catate. j. f. ij an. Ego per istos tres ānos nichil aliud egi: nisi deo viuo sacrificaui: iā q̄ꝛ nichil supest meip̄am offero. p̄s. Dn̄s reḡ ex. f. ij. ān. Tu principum leges attēdis ego dei leges attēdo: tu principes times ego deū timeo: tu illi placere desideras: ego vt xp̄o soli placeam cōcupisco. p̄s. Cātate. ij. f. iij. ℣. Adiuuabit. Se. mat. 13.

Jn il. t. Di. le. dn̄. ſ. parabolā hāc. Simile est regnum celoꝛum thesauro abscondito in agro. Et reliqua. Tunc cōsularis iussit venire lenones: ⁊ tradidit eam dicens/inuitate ad castitatē ei⁹ pp̄ſm ⁊ facite eā tandiu illudi q̄diu moꝛtua nūciet̄. Et vbi eā ceperunt velle trahere ad lupanar: tāto pōdere fixit eā sp̄ūsſctūs/vt penitus moueri nō posset. Accedentes simul multi ⁊ officiū impendentes: trahētes deficiebant sudoꝛe. Et v̄go xp̄i immobilis persistebat. ℟. Jussu impu̇ pascasij vbi beatā virginē ceperūt trahere velle ad lupanar: tāto pōdere eā fixit sp̄ūsſctūs. Ut tanq̄ mons imobilis penit⁹ moueri non posset. ℣. Jmpellūt plurimi nec mouet̄ immissis funib⁹: admotꝭ boū parib⁹ multis ita solo herēs manebat. Ut tanq̄. Lectio. viij. Tunc ignē copiosum circa eam fecit accendi: ita vt picē ⁊ resinā ⁊ feruēs oleū sup eaꝫ iactarent. Et illa in noīe iesu stetit imobilis dicēs ei. Ego rogaui dn̄m meū iesum xp̄m: vt iste ignis nō dn̄etur michi quaten⁹ tibi insultēt cōfidentes i xp̄o: ⁊ ideo petiui inducias matyꝛij mei: vt credentibus timoꝛē tollerē passiōis: ⁊ nō credentib⁹ vocē exulta-

tionis auferrem. R. Que sunt hec maleficia tua consularis dixit: vt puella fragilis a mille tracta hominib⁹ nō mouearis. Ista inquit maleficia mea non sūt: sʒ sūt dei beneficia. V. Si alia decē milia adduxeris: audies michi dicentē spm̄sanctū q̄ cadent a latere meo mille: et decem milia a dextris meis. Ista. Lectio nona.

Tunc angustiante pascasio nō ferētes amici ei⁹ iniuriā: gladiū in eius viscera mergi fecerūt. Etiā pcussa q̄diu voluit: allocuta est turbā circūstantē dicēs. Annūcio vobis pacem datā ecclie dei: dioclecianū e regno suo eiectum et maximianū hodie mortuum. Hec loquente famula dei lucia: vt diximus viscerib⁹ patefactis emisit spm̄. R. Lucia martyr inuictissima spōsa agni/ hostia dei/ tēpluʒ spūssācti: hoste iam triumphato/ visceribus patefactis: instantius dn̄ʒ iesū distissime predicabat. Dū xp̄i sumptis mysterijs vite incorruptibili virgo incorrupta successit. V⁹. Judice confuso et cuncto terrore deuicto: igne superato gladio quoq̄ transuerberata: loco oīno nō est mota. Duin. R. loco Te deum repetatur. V. Audi filia.

ORante Ad laudes. ān. sancta lucia: apparuit ei beata agatha et cōsolabatur ancillā xp̄i. Ps. consuetū. ān. Lucia virgo quid a me petis qd̄ ip̄a poteris prestare ↄtinuo matri tue? ān. Per te lucia virgo ciuitas siracusana decorabitur a dn̄o iesu christo. ā. Benedico te pater dn̄i mei iesu xp̄i: qr per filium tuū extinctus est ignis a latere meo. ā. Soror mea lucia xp̄go deo deuota: q̄d a me petis qd̄ ip̄a poteris p̄stare ↄtinuo mr̄i tue? ān. Sicut ciuitas cathanēsiū habet interuenientē predecessorē meā beatam agathen: ita me sciatʒ a dn̄o huic ciuitati datā esse: si voluntatē ei⁹ faciētes suscipitis fidē. Ps. Benedict⁹. Cōmē. de aduē. et de scto magno. ā. Btūs vir q̄ inuētus. aa. vij. Ad mḡt. ā. Colūna es imobilis lucia martyr xp̄i: qr ois plebs te expectat: vt accipias coronā vite alt. P. Mḡt. ¶ Nicasij socio. ei⁹. ā. Fulgebūt iu.

DEus q̄ hūc diē Oro. sacratissimum beatoꝝ martyrū tuorū nicasij sociorumq̄ eius passionē cōsecrasti: presta q̄s: vt eorū apud te suffragia sentiamus in celis: quorū solēnia amore pio veneramur in terris. Per. Cōmēo. de aduen. Ad matu. ān. Vestri capilli. bb. ij. ¶ In vigilia beati Thome apostoli oia de aduentu peragantur. Ad primas vespas sup ps. de dic. ān. Tradent eni vos. cp.

R. hy⁹. ℣. vt in cõi de aposto lis/ In euangelio. añ. O thoma didime/per christum quē meruisti tangere: te p̄cibus rogam⁹ altissonis succurre nobis miseris ne damnemur cum impijs in aduentu iudicis. ps. Magt. Oro de vigil. Cōmeō. de aduētu cū. a. vna de. O. ℣. Rorate. Ad matut. oia de cōmuni. cū his lectionib⁹. Lectio. i.

Cum apłus thomas q̄ didim⁹ dr venisset cesaream: apparuit ei dn̄s iesus xp̄us ⁊ ait, Rex indoꝝ gūdoforus p̄positū suū ad syriā misit q̄rere hoiem architectorica arte eruditū: veni ⁊ mittā te cū eo. Dixit ei thomas. lc. ij. Dn̄e q̄ vis mitte me: p̄ter ad indos. Dicit ei dn̄s. Uade q: ego tecū sum: ⁊ nō te deserā: ⁊ cū michi acquisieris indos cū corona martyrij venies ad me. Respōdens aūt lc. iij. thomas dixit. Dn̄s meus es tu: ⁊ ego seruus tu⁹. Fiat volūtas tua. Hec eo dicēte. Ecce prepositꝰ familie regis indorū noie abbanes descēdēs de naui: deambulabat i foro rerū venaliū. Lectio. iiij.

Dominus autē accessit ad abbanē: ⁊ dixit ei. Quid p̄parare vis iuuenis: At ille ait. Dn̄s meus indoꝝ rex/misit me ad istas partes: vt p̄ducerem ingeniosos artifices aut seruos emerē: qui sciant artem architectoricā: et omnia q̄ ex lignis fiūt aut ex lapidib⁹: vt romano opere sibi palaciū construāt. l. v.

Dominus aūt ad abbanem ait. Habeo seruū idoneū ⁊ fidelē michi: quē ad diuersas taꝫ ciuitates misi. Et quicq̄d laborat: michi laboꝝ suorum mercedes apportat Hūc itaq; mittam tecum: vt expletis omnibus ad me eū facias cū honore reuerti. Quod cū audisset abbanes: magno repletus est gaudio: et grās agēs osculabatur genua eius: ⁊ cōuocans thomā dn̄s/tradidit eū i manu abbanis ⁊ abscessit. Cum autē ascēdisset nauim: dixit Lectio. vi. ad thomā abbanes. Dic p̄e michi si seruus ipsius sis: qui tradidit te michi. Cui thomas ait. Ego quidem seruus ipius sum nō quod volo facio: sed quod iusserit dominus meus. Cum hec et similia loqueretur: thomas velificante naui septima die plenis velis ac prosperis ventis tenuerūt ciuitatē andropolim. Et inde pergētes abbanes ⁊ thomas: venerūt ad regem indie gundoforum nomine. Lectio septima. Secundum Joannem. xx.

IN ill. tpe. Thomas vn⁹ de duodecim qui dicit didim⁹: nō erat cuȝ eis qñ ve Rex aūt (nit iesus. Et reliq̄. migdonius cogebat apl'm sa crificare deo soli. Tunc dixit ei apl's. Tu putas rex ꝙ ira= scatur cōtra me dñs me⁹: cū adorauero deū tuū: sed ita nō est: sed magis irascit deo tuo et euertet eū mox vt adoraue ro eum. Dixit ei rex: inuictissi mū deū solē de⁹ tuus quē iu= dei occiderāt euertere potest? Dicit ei apl's. Primo ergo adoro eū: ꝛ si eū nō euerterit deus me⁹: sacrificabo ei. Di= cit ei rex. Ita fiat. Lctō. viij.

Cum aūt venisset sctūs apo stol⁹ ad simulachrū solis: ait voce magna. Adiuro te de= mon/qui i isto simulachro ha bitas: vt exeas et stes āte me vt videā te. Egressus aūt de= mon: stetit ante eum. Dicit ei apl's. Impero tibi demon: vt hoc simulacrū cōminuas: et templū istud euertas: mox vt genua mea flexero. lc. ix.

Qvante autē sctō aplo quasi cera iuxta ignē posita: idolū ipm liquefactū est. Tūc oēs sacerdotes mugitū leuauerāt: pōtifex autē tēpli eleuās gla= diū trāsforabat apl'm dicens. Ego vindicabo iniurias dei mei. Passus ē aūt sctūs tho= mas duodecio die kalendarū ianuarij: regnāte dño nostro iesu xpo: cui est honor et glo= ria in secula seculorum amen. ān. Thoma infer digitum tuum huc: ꝛ mitte in latus meum: ꝛ noli esse incredulus sed fidelis: excla= mauit thomas voce magna di= cens: dominus meus ꝛ deus me⁹. ps Benedictus do. Oratio.

DA nobis q̄s dñe beati apl'i thome solēnitati= tatib⁹ gl'iari: vt ei⁹ semp ꝛ be neficijs subleuemur: ꝛ fidē cō grua deuotione sectemur. P dñm. Cōmēo. de aduētu. ān. Noli timere: quinta enim die ve= niet ad nos deus noster. ℣ Uox clamantis. Hec. ā. p singulos ānos i hoc festo ad ꝯmēo. ha beat: prout supra i notula de aduētu pnotat. Ad. ij. vel. ān Iurauit. cū ceteris. ā. ad mḡt. O decus apostolicū xpe redēptor gētium: quē thomas apl's tactis cicatricib⁹: deū nouit ꝛ dñȝ: veni/ gregē ptege: queȝ redemisti xpe. Cōme. de aduētu cū vna. ān. de O. ¶ In festo sancti Tor= laci epi ꝛ ꝯfes. oia de cōi. Ad mḡt. Cōfessor dñi. vv. iij. Orō.

DEus q̄ pplo tuo eter= ne salutis beatū torla= cū cōfessorē tuū atq pōtificē ministrū tribuisti: p̄sta q̄s: vt quē doctorē vite habuim⁹ in terris: intercessorē semp ha=

bere mereamur in celis. Per
dominum. Lectio prima.
Beatus torlacus / toto
quo in hoc mortali cor
porevixit tempore: ita cõuer-
satus est vt semper de inferio
ri gradu / ad altiora proueh i
diuino iudicio promeruerit.
In pueritia namq; spõtane-
us sacras litteras didicit. In
adolescentia bonis moribus
ornat9: et literali scientia eru-
ditus dignanter ad presbite-
ratus ordinem est promotus
Postea parisius venit: nec i-
de nisi oib9 legis diuie artib9
sufficient edoct9: discessit. l. ij.
In propriam patriam reuer
sus / in perfecta etate canoni-
corum se regule subdidit: et
qualis diu in diuinis conspe
ctibus fuerat cunctis innotu
it: p'io prior ide abbas pficit
suos in regulari obseruantia
diligenter instruxit. Lctõ. iij
Fama sanctitatis eius di-
uulgata est. Venerabilis se-
nex eloningus episcop9: sen-
sit sibi vltimum diem appro-
pinquare: clero et populo cõ
sentiẽte ipsum sui sacerdotij
succẽssorẽ elegit: cui suas vi-
ces ⁊ omnium rerum ecclesie
dispensationem procurandã
commisit. Cum monasterio
prefuit: et cum vices pontifi-
cis exequebatur: multas vir-
tutes ad oñdẽdã ei9 sctĩtatẽ:
dñs per eũ opatus est. lc. iiij.
Omnib9 rite ordinatis
venerabilis senex in p-
uincia que ciuitatis sin9nun-
cupatur: incidit in infirmita-
tem: qua ex hac instabili luce
subtractus est. Ideo q̃stoci9
ad sedem propriam remeare
nõ distulit: lecto tandem de-
cubuit / cõtinuis tribus men-
sibus grauiter infirmat9 / tan
dem sui obitus diem immine
re intrepid9 cognouit. lc. v.
Ante septimum sui transit9
diem de suis facultatibus di
sposuit: vestimenta sua sacer-
dotibus et clericis dari pre-
cepit. Anulum aureuz quem
in digito dextre manus pro
reuerẽtia sacerdotalis digni
tatis gestauerat: nepoti suo
paulo diacono transmisit.
Quod quasi futurorum pre-
sagio eum fecisse multi arbi-
trati sunt: et quia vir per om-
nia probabilis / post mortem
eius a clero et populo ad or-
dinem episcopatus successor
electus est dignissim9. lc. vi.
Ualefecit tãdẽ oib9 ꝯgrega
tis: iã iturus ad dñz / oleo isir
morũ punctus / exitũ suũ cor-
poris ⁊ sanguinis perceptio-
ne muniuit. Postea non nisi
necessaria loquebatur: ab ora
tione non cessabat. Anno do

mini millesimo centesimo o-
ctogesimosexto: etatis sue ve
ro āno sexagesimo: feria q̄n-
ta decimo die kalēdarum ia-
nuarij aduesperascēte; qui est
proximus dies āte vigiliam
natiuitatis domini: de seculo
migrauit ad dominum: cum
sanctis confessoribus in per-
petuum coronandus. Rexit
ecclesiam annis quindecim/
mensibus quinq3/ diebus vi-
gintiduobus: regnante deo
omnipotente in secula seculo
rum Amen. Pro septima le-
ctione legatur homilia de cō
muni. bb. iiij. Ad bn̄dict⁹. ān.
O magne presul. bb. v. Ad secū
das vesperas. ā. hodie mūdo.
vt supra. ibidez. ¶ De sancto
felice martyre non pontifice.
Ān. Iste sanctus. aa. v. p⁹. Glo-
ria et honore coronasti. Oratio.

Concede quesum⁹ om-
nipotens deus: vt ad
meliorem vitam sancti felicis
exempla nos prouocent: vt
cuius solennia colimus: etiaz
act⁹ imitemur. Per dominū.
Inuitato. Iustus florebit. aa v

Beatus felix presbi- f. j.
ter captus et in viculis
astrictus / cū ad presidē drac-
chuz adduct⁹ fuisset: multūq3
ante ipsum de portētis deo ꝝ
ꝙ nichil eēnt disputasset: ius-
sit eum impius iudex fustib⁹
cedi: exilio deportatur z i me
tallum deputatus est: vbi pro
bi prefecti filiā ab ydropisi li-
berauit z ab insania / quē dux
quidam iniquitatis ministri
ad consularem vellent rape-
re manus eorum subitus do-
lor inuadit: a quo deū confes-
si liberant. R. Iste sctūs. aa. vi.

Prob⁹ aūt sui tribunat⁹ f. ij.
expleto tpe: felicē secū nolam
adducit: cui q̄dā pōtifex hac-
tenus diuinationibus inser-
uiens obuius / et pedibus ei⁹
prouolutus dicit: domine / de
us meus videns te venientē
fugit: z de fuga quesit⁹ dixit.
Uirtutem felicis qui cū pro-
bo venit ferre non possuz: vn̄
si deus meus te metuit: iustū
est vt ego te timeam: z vene-
rer. Dicit ei felix deuz time z
venerare. Credidit ip̄e z ba-
ptizat⁹ ē. R. Iust⁹ germi. aa. vj

Post hec btūs felix deo f. iij.
appollini silētiū indicēs: et si-
mlachrū ꝯminuēs: mltasq3 ꝟ-
tutes opat⁹ ad fidē inūerā cō
uertit mltitudinē. et oratoriū
ꝯstruxit vbi si q̄s pagan⁹ xp̄ia
no fuerat iiuriat⁹: demōto re-
plebat: fidelis fact⁹ liberatur
Post duodeci ergo ānos iste
felix carnis solutus ergastu-
lo ꝓstratus dn̄ica die in paui
mento: perceptis sacramen-
tis felicia regna ipse ꝟe felix

conscendit. R. Gloria et honore coronasti. aa.vi. ān. ad Benedictus. Beatus vir qui invenit. aa.vii. Cōmēo. solita. ¶ De sancto mauro abbate. ān. Justum deduxit. bb.v. Oratio.

Deus qui eterne glorie participē btm̄ maurū abbatē fieri cōcessisti: cōcede nobis ppici⁹: ipo interueniē te aditū regni celestis cui⁹ ad bene viuēdū informamur exemplis. Per dn̄m. Cōme. solita. Inuit. Regē ɔfes. bb.v. l.i.

Beatus maur⁹ btō benedicto nutriendus et erudiendus tradit⁹: magistri sui adiutor et miraculoꝝ cooperator cepit existere. Hic sub magna austeritate ppriū corp⁹ ieiuniis/ et vigiliis/ et nimiis frigorib⁹ edomuit: et frequēter i quadragesima aspero tectus cilicio/ i hebdomada bis tantum magri sui exēplo refectus est. Rm. Iste sanctus. bb.v. Lectio secūda.

Beatus igit maur⁹/ a cenomanensi epō bertigrano abbas postulat⁹ et datus: infra viginti sex annos centū quadraginta fratres coadunauerat. R. Elegit eū dn̄s. bb.v. l.iii.

Qui grauat⁹ etate cōmuni fratrū cōsensu aliū eis abbatem surrogat. Huic diabol⁹ nocte quadā ecclīam volenti ingredi: magna stipatus caterua/ ingressum phibet: sed repulsus ruinā minās cōcutitur monasteriū: vbi sanct⁹ ibi resolut⁹ in lachrimas: angelico meruit refoueri solatio. Eodē igr̄ āno lateris ingrauat⁹ dolore: in cilicio lecti sui feliciter migrauit ad dn̄z. R. Agmina sacra. bb.v. ã Euge sue. bb.v. Cōme. solita. ¶ De sancto marcello papa et martyre. ã. Hic est vir. aa.v. Collā.

Preces populi tui q̄sumus domine clemēter exaudi: vt beati marcelli martyris tui atq; pōtificis meritꝫ adiuuemur: cui⁹ passione letamur. P. Cōmēo. solita. Inuitat. Iustus florebit. aa.v. lc.i.

Mortuo diocletiano filius ei⁹ maximian⁹ pcepit vt christiani vbicūq; inuēti fuissent/ punirentur: ppter sororē suā: que p cyriacū diaconū a demonio liberata fuerat: et christiana effecta: pcepit vt in die processionis sue beatus marcellus nud⁹ ante redam eius traheretur. Rm. Iste cognouit. aa.vi. Lctō. ii.

Quadā autē die pcessionis sue: marcellus eps obtulit se augusto dicens. Pietati tue suggero duos dei q̄ orant p regno tuo et republica: quam trucidas? Tūc iratus maxi-

mianus pcepit vt fustib9 cederet: et expelleretur. Eodem tpe lucina christianissima fecit donationem de facultate sua ecclesie catholice: hec audiēs august9 indignatus pscriptione eā damnauit. R. Domine preuenisti. aa.vj.kc.iij.

Ipsa autē sanctum rogauit marcellū: vt domū ei9 ecclesiam consecraret. Qd cū magna deuotione fecit: et frequēter in eadē eccl'ia missas celebrauit: augustus aūt hoc audiēs: iratus pcepit vt in eadē domo fieret stabulū: et beatū marcellū ad seruitiū aialium ibid deputauit: vbi post multos ānos seruiēdo emisit spiritū. R. Stolā iocūditat. aa.7. ān. Hic est vere martyr. Ibidē.

¶ De sancto anthonio abbate. ān. Justū dedu. bb.v. Colla

Sancti anthonij cōfessoris tui atq abbat nos dñe q̄s psequat oratio: vt qd petitio nr̄a non ipetret: ipo p nob intueniēte pstet. Cōme. solita. Inuit. Regē 9fe. bb.v.l.j

Beatus anthoni9 nō solū vtutib9 et miraculis: sed etiā doctrina claruit. Rogat9 a frib9 vt eos instrueret ait: hoc sit cūct primū mādatū nullū i arrepti pposit vigore lassescere: sed q̄si icipiēs semper augere q̄ ceperit. R.

Iste est q̄ ante. bb.vi. Lctō.ij.

Non vos filioli tediū defatiget. Nemo cum despexerit mūdū reliquisse se arbitretur ingentia. Nichil eor cure sit monachis: q̄ secū afferre non possunt. Sed eligam9 sapiētiam/charitatē/iustitiā/castitatē/virtutē/sensum puigilē/curā pauperū/fidē robustā/victoriam ire / hospitalitatē: que ducunt ad celum. In omni sede terrarū constituta sūt regna celorū. Jugi custodia tueamur animum: quia exercitatos ad subplantandū habem9 inimicos. Rm. Magnifica

Beatus igit l.iij. fuit. bb.vj. anthonius quinq annis cētenarium supergredien : sentiens se resoluendum: confirmans fratres suos circa corpus proprium exequias fieri prohibens superuacuas: cilicio inuolut9 glorioso fine migrauit ad dominū. R. Justum dedu. bb.v.ān. Euge ser. ibid.

Cōmēo. solita. ¶ De sancta prisca virgine et martyre. ān.

Ista est. cc.j. Oratio.

Da quesumus omnipotēs deus: vt qui beate prisce virginis et martyris tue natalicia colimus: et annua solennitate letemur: et tāte fidei pficiamus exemplo. Per. Cōmemo. solita. Inuitat. Regem

virginum.cc.j. Lectio pria.
BEata priſca nobilis romana tertiodecīo etatꝫ ſue anno: iuſſa eſt a claudio imperatore in templo appollinis ſacrificare. Que orāte in templo / eodem die terre motus eſt factus: et ciuitas concuſſa: ꝛ appollo cecidit: ꝛ cōminutus eſt: ꝛ quarta pars tēpli ruēs: oppreſſit multitudinem paganorum. ℟. Diffuſa eſt gratia.cc.j. Lectio ſcda.
propinquare. Et cum vicini⁹ adueniret: pelagus tempestuosis fluctibus turbabatur tremefactis nautis de subita euersione nauis: et tanq̄ desperatis/vnus ex illis clamabat. Gertrudis/adiuua nos. Quo v̄bo ipsum tertio repetente subito belua abyssum petiuit/nautis cum prosperitate et gaudio eadē nocte portum adept⁹ optatum.

Post multa Lectio octaua. virtutum exercitia/cum p reuelationem diuinā se migraturam itellexisset: pastoralis cure deposuit sarcinam/substituēs sibi quādam bone indolis virginem neptem suā: de antiqua francorū nobilitate ortam vinfedrudem tribus tantū in hac vita degens mēsibus postq̄ deposuit regiminis onus: in quibus carnem afflixit ieiuniis et continuis orationibus: et induens cilicium perfunditur fletibus: petijt vt in corporis dissolutione nulla alia veste q̄ solita vestiatur: cilicij asperitate: et caput vilissimo peplo operiretur. Jussit addi et tertiū pannum scilicet vetustissimū quo cilicium tegeretur. lc.ix.

Mittit igitur ad virum religiosum dominum vlcanum: vt sibi diem annūciet exitus corporalis. Qui respondit. Scito p certo q̄ in die crastino sextodecio kalendas aprilis spiritum domino reddet. Nec trepidet quia statim in exitu suo beatum patricium cum angelis obuium habebit: quem tanta amicitia in hac vita percoluit. Sancta virgo gaudenter responsionem hanc suscepit: merentiū sanctimonialium cōuentum sacris cōsolatur exhortationibus. Docet mundum fallacem spernere/carnis desideria calcare/amarissimam inferni penam timere/eterne glorie beatitudinem desiderare/sponso christo sincero amore copulari. Jn lampadibus virginei corporeis: oleū ardere indeficientis charitatis. Deinde confitetur et cōmunicauit: sororibus mestis valefecit: totā se domino cōmittens: inter sustentantium manus sanctam animā deo reddidit. Anno etat⁹ sue tricesimotertio Multis claruit post mortē miraculis: ad laudem dei omnipotentis amē.

Ad bñdictus. añ. Simile ē regnū celorum sagene. cc.ij. ¶ De sancto patricio. añ. Ad te clamantes. bb.v. ¶ De sancto

cuthberto. ad p'las ves. a. super ps. de die. Alme confessor dñi presul regis eterni cuthberte consors sctõr: ɔciuis celestiũ exaudi preces tuor: sume vota supplicũ 7 pro nobis regẽ regũ ipm posce dñm. R. In sctis crescens virtutib' alm' vir cuthbert': despectis huius scli caduci reb' venerabilis per cuncta digne laudabilis Fact' est monachus. V. Corpe mẽte habitu factisq pbabilib' castris dñicis associat'. Fa. an. Oriens sol iusticie dignatus ẽ illustrare p ministros lucis sue cũctos fines orbis terre: ipi laus qui dedit anglis lucernã sue salutis cuthbertũ bonũ doctorẽ ac p his intercessorẽ. p. Mgt. oro.

Omps sempiterne de': qui in merit scti cuthberti confessoris atq pontificis semp es 7 vbiq mirabilis: qs immẽsã clemẽtiã tuã vt sicut ei eminẽtem gliaz cõtulisti: sic ad cõsequẽdã miaz tuã eius nos facias precibus adiuuari. Per. Cõmẽo. de ieiunio. Inuitato. Dño sctõrum presulum regi iubilemus In hac sacra solẽnitate pontificis nostri cuthberti. ps. Venite. In pmo noc. an. Auctor donor spũs inspirãs vera vatibus; p triũũ fat infantẽ cuthbertũ fore presulẽ. p. Btũs vir. a. j. an. Qui raphaelem archãgelũ tobbie dedit medicũ: cuthberti genu lãguidũ suũ sanat per angelũ. ps. Quare fre. an. Dũ iactant puppes salo sctũs orãs heret solo: mox vẽtor vis mutata naues vertit ad littora. p. Dñe qd. V. Ecce sacer. l. j.

Religiosus igit 7 pius pat cuthbert' christianissimis editus parẽtib': dũ octauũ etatis sue annũ felici auspicio igrederet: simplicibus puerorũ se sepe imiscuit lusibus. Qui dum quadã die solit se indulgeret lusib': puer paruulis acsi triẽnis iuxta ludentes apparuit: 7 ad eum accurrit 7 quasi senili cõstantia hortari eũ cepit: ne iocis 7 ocio indulgeret. Tu aũt. R. Cuthbert' puer bone indolis puigil nocturnis insistẽs hymnis Aidani epi aiam in celũ ferri vidit ab angelis. V. Cũ pastoribus ouiũ positus: pastor aiarũ a deo preelectus: mẽte 7 vultu supnis intentus. Aidani epi. Lctõ. ij.

Sancto autẽ cuthberto monita spernẽte/luget puer corruens in terrã: 7 faciẽ lachrimis rigans accurrũt cõsolaturi ceteri: sed ille pstat in fletibus. Tandẽ vo ille puer exclamãs: cõsolanti se cuthberto inquit. O sctissime ãtistes cuthberte ludere te iter paruulos non decet: quẽ dñs pastorẽ ecclie cõsecrauit. R. In

sctis. vt̄ȝ. ad vespas. Lect. iij.
Audiens hec cuthbert⁹ mestū infantē pijs blādicijs consolabatur: ꝛ relicto ꝯtinuo ludendi vanitate/domū rediijt: ac stabiliter iā ex illo tpe existere cepit. ℞. Patriarche nr̄i abrahe exēplo btūs paī cuthbertus hospitalitatis deditus obsequio: supnū ciuē gaudēs suscepit hospitio. Cui duȝ terrenū querit ministrare panē: recipere meruit celestē. ℣. Digreditur namq̧ vir dei panē cupiens deferre calentē sed rediens nequaq̄ inuenit conuinā. Cui dū. In. ij. noc. ā. Edomans corp⁹ iuuenis in vndis pnoctat mariꝫ: ibi deo vota laudis ex affectu reddit cordis. ps. Cū inuocarē. ān. Mirū dictu hinc egresso: ꝛ oranti genuflexo: membra refouēt rigida: equoris aialia. p̄. Uerba mea. c. v. ā. Adest frater curiosus: explorans quid agat iustus: quē languore et pauore: mox correptū sanat prece. ps. Dn̄e dn̄s nr̄. a. ij. ℣⁹. Amauit eum dn̄s. Lctō. iiij.

In mōasteriū igiť se recipiens: nō solū fr̄ibus in vite sctitate parificari laborabat: sed sub acriori vita singulorꝫ supgredi nitebať studia. Un̄ suo abbate baisilo de medio sublato cuthbert⁹ idē suscipit officiū: sed post modū crescēte perfectiōis studio solitari⁹ factus: orōni vacat ꝛ ieiunio. ℞. Uir dn̄i cuthbertus maris tēpestate cū socijs preclusus: futuri diē sereni certū predixit. Cum quib⁹ etiā cibo sua sibi prece diuinit⁹ dato pasci ꝓmeruit. ℣. Positꝫ nāq̧ genib⁹ orōnē fudit nautasq̧ in dn̄o fidere iussit. Cū. Lc. v.

Sāctus iste quādoq̧ lāguore correpť⁹ est. Nā subito dolore genu illius correptū acri cepit tumore grossescere: vt neruis in poplice ꝯtractꝫ/pedem primo a terra suspensuȝ claudicans portaret. Dehinc ingrauescēte molestia: oī priuaretur incessu. ℞. Merito sāctitatis ꝛ gradu dignitatis accepto: vir dei sacerdotio nomen equabat officio. Prebens cūctis monita salutꝫ ꝛ exēpla bōe actionis. ℣⁹. Quod eñ verbo docebat operibus adimplebat. Pre. L. vj.

Qui die quadam deportatus foras a ministris atq̧ subito recumbens/vidit repente veniētem delōge equitē albis indutū vestimētꝫ ꝛ honorabilem vultu. Quiq̧ adueniēs desiliit equo: ac lāguidū gnu illius diligentius cōsiderans/coque inquit triticeam in lacte farinā: ꝛ hac confectione calida tumorem superunge ꝛ sanaberis: ꝛ his dictis ascendens equū abiit. ℞. Igne diuini feruoris domini

successus sanctus sacerdos cuthbertus: ignes noxios sepe repressit Suis sacris precibus. ℣. Fantasticum quidem ignem cum auctore suo effugauit: materialē vero ab edibus quas vorabat extinxit Su. In. iij. noc. ã. Quādam vexatā demone pergit sanctus inuisere: sed mox dirus fugit hostis: fit mulier incolumis. ps. Dñe quis habi. a. iiij. ān. Multos hic sanauit egros: languores depellens senos: multas effugauit laruas virtute crucis territas. ps. Dñe i ℣tute. a. vi. an. Sanctꝰ antistes cuthbertus vir perfectus in oībꝰ virtutibus erat monachus digne cūctis reuerendus. ps. Dñi est ter. b. ij. ℣ꝰ. Iustum deduxit. Lctō. vij. Secūdū Lucam. xij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Sint lūbi vestri precincti. bb. 8. Etc. Semel etiā peregrinum vt hospitem suscipiēs: mensam ponit: et calidos se panes pollicet afferre: sed rediens tres panes insoliti cādoris et gratie: et domū mira redolētem odoris fragrātia reperit. Et sepius ex eo tempore et angelis locutus: et celesti depastus est cibo. ℟. Veriloquꝰ vates cuthbertꝰ ecclesie iussus precibus: lachrimisqꝫ coactus: vt ipse ante predixerat. Episcopali cathedra sublimatur: populisqꝫ regendis preficitur. ℣ꝰ. E secretis extrahitur latebris: et perfusꝰ genas lachrimis. Episcopali. l. viij. Cepit et hic sanctus spiritu pollere ꝓphetie: vnde semel cum duobus fratribus vt necessitas petebat: ad terrā pictauorum quasi celerius reuersurꝰ nauigās se ꝑ triduā tempestatem dixit retinēdū. Quod et contigit. Et dum in quadam insula nichil habentes victus detinerētur: deuictu spez ministrans socijs/ascendit terram: et tria frusta delphine carnis inuenit: et sic post triduum serenitate reddita ad propria remeauit. ℟. Celestium minister donoꝝ cuthbertus antistes: vxorem cuiusdā comitis aqua benedicta: virginē crismate perunctam: patremfamilias pane a se benedicto. Pristine reddidit sanitati. ℣. Iuuenem quoqꝫ iam pene moriturum sola oratione puerumqꝫ feminecem osculo tātum dato Pristine. reddidit sanitati. Lectio nona

Consummatꝰ igitur in virtutibus et miraculis episcopus constituitur: et post duos annos in episcopatu trāsactos: sciēs transitum suum imminere cure pastoralis ab iecto pondere: ad heremitice cōuersationis ꝑperauit ago-

nem. Ubi cum quinqꝫ diebus perstitisset: quesitus a quodā venerabili viro si quid comedisset: ostendit ei quinqꝫ cepas quarum vna erat minus q̄ꝫ media parte corrosa ⁊ ait. Hic victus erat his diebus: et cum os ardebat siti hoc recreatum est liquore: sed concertatores mei: nunq̄ꝫ michi tentationes intulere maiores. Intelligens autem sue resolutiōis tempus instare: intentus supernis laudibus animam carne solutam celis intulit: ad laudem dei omnipotentis amen. ℟. O beatum presulem cuthbertum: qui gratia diuini muneris vigens multiplicium morborum valitudines depulit. Prophetico spiritu pollēs plurimorum ac suipsius obitum et presciuit et prenunciauit. ℣. Admirandus cunctis operibus: et verbis diuina sapientia vitam composuit. Prophetico. ℣. Iustus germina. Ad laudes. an.

Christi fortis hic athleta ac verus anachorita mūdi tempsit hec infima: quo celi caperet summa. ps. Dn̄s regnauit. a. vij. an. Qui de rupe p̄mpsit aquam: post in vinum vertens eam: hoc vtrūqꝫ donum suo charo cōtulit cuthberto. an. In episcopatu suo iam exacto biennio: vt soli vacaret deo dilecto se reddidit antro. an. Hinc tangūtur artus sacri corporis: morbo letali: sciens vero se resolui: confortat ouile christi. an. Mox pater suos affatur: quisqꝫ vestrum temnat mundum/amet christum colat bonum: sic supernuꝫ sumet regnū. a. Languor accrescēs indies artus vexabat fragiles: ipse sacras fundens preces celicas p̄gustat laudes: dum terren⁹ redit dies eternus cuthberto dies salutares sumit dapes sic supernas scādit sedes. ps. Bn̄dict⁹. Commemo. de ieiunio. Ad Mag̃t. a. O magne presul cuthberte cui christus fuit viuere: cui mori lucrum perenne: dum post mortē viuis vere: signis diuinis inclite sanans a labe hinc rogamus pia prece tu pro nobis intercede. ps Magnificat. ¶ De sācto benedicto. an. Rex seculorum quē laudat vniuersa substantia rerū: per te creatarum: exaudi te fantes: et tui benedicti festa iubilātes: quos erutos a crimine facias tecum viuere: christus salus nostra christe finis expectatiōis nostre. ℣. Amauit eum domin⁹ et ornauit eū. ℟. Stola. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus qui hodierna die carnis eductum ergastulo beatissimum confessorem tuum bn̄dictuꝫ subleuasti ad celum: concede q̄s: hec festa

tuis famulis celebrantib⁹ cũ=ctorũ veniã delictoꝝ: vt q̃ ex=ultãtibus animis ei⁹ clarita=ti congaudẽt: ip̃o apud te in=terueniẽte consociẽtur ꝛ me=ritꝭ. Per. Cõmẽo. de ieiunio Inuita. Cõfessoꝝ regẽ adorem⁹ Qui celestis regni meritũ ꝛ gl'iaꝫ contulit sctõ suo bñdicto. ps. Ve=nite. In. i. nocł. ãn. Fuit vir vi=te venerabilis gr̃a bñdict⁹ ꝛ noie a pueritia coꝛ gerens senile. ps. Btũs vir. ãn. Etatẽ q̃ppe sctis moꝛib⁹ trãsiens: nulli animũ vo=luptati dedit. ps. Quare fre. ã Sed cũ mũdo libere vti potuissꝫ: iam quasi aridũ mũdũ cum floꝛe despexit. ps. Dñe q̃d mult. ꝟ⁹. Amauit eũ dñs. Lctõ. i.

B Eatus bñdictus a pue ritia coꝛ gerẽs senile: nisi ani=mum voluptati dedit. Cũ au tem liberalibus studijs rome traditus multos per abꝛupta vicioꝝ ire cerneret: despectis studijs ꝛ relicto seculo: sancte ꝯuersatiõis habitũ q̃siuit. ℟. Relicta domo rebusq̃ pr̃is bñdi=ctus. Sctẽ ꝯuersatiõis habitum quesiuit. ꝟ. Recedens igitur sciẽ=ter nesciꝰ: ꝛ sapiẽter indoctus.

C um autẽ deser= ℓ. ij. (Sctẽ. ta peteret: nutrix sua secuta ẽ eũ. Cũ venisset ad locũ q̃ effi de dicit: ꝛ ibidem a viris ho=neste detineret: orõne sua nu trici flenti reintegratũ capi=steriũ reddidit: qđ ad purgã=dũ triticũ mutuauerat ꝛ casu fuerat fractũ: ꝛ ꝑ admiratiõe incole in igressu eccl'ie suspẽ=derunt. ℟. Patris cõmotus la=chꝛimis pro moꝛte nati lugentis. Sic sctũs oꝛabat dñm ꝛ moꝝ vite puerũ redonat moꝛtuũ. ꝟ⁹. Dñe inquit non aspicias pctã mea: sꝫ huius hois qui rogat resuscita=ri filiũ suũ. Sic sanct⁹. Lctõ. iij.

B enedict⁹ ꝓ laudes fugi=ens: nutrice occulte dimissa desertũ petiit: cui sublac⁹ vo=cabulũ est. Quo dũ pergeret monachus quidã romanus noie: ipꝫ reperiens ꝛ deside=riũ cognoscẽs habitũ sancte cõuersatiõis tradidit: et quẽ=admodum licuit ministrauit tribusq̃ annis ipi soli notus ibi mansit. ℟. Compatiẽs do=loꝛi sue nutricis: cũ lachꝛimis deo pꝛeces effudit. Atq̃ post lachꝛi=mas capisteriũ repauit. ꝟ. Assũs ptis secũ fracture ptibus: se xp̃o bñdict⁹ ꝓstrauit. Atq̃. In scdo nocł. ãn. Relicta domo rebusq̃ pr̃is: sctẽ conuersatõis habitum quesiuit. ps. Cũ inuocarẽ. ãn. Qui dum [illegible]emũ ꝑgeret roma=no mo[illegible]acho obuiauit: qui ei⁹ ꝛ desideriũ cognouit: ꝛ adiutoꝛiũ impẽdit. ps. Verba mea. c. v. ã Cũq̃ ei per funẽ submitti panem diabolus cõspiceret: iactauit la=pidẽ ꝛ tintinabulũ fregit. ps. Dñe

dñs nr. ℣. Justū deduxit. Lc. iiij.

Quidam autē presbitero/qui refectionē sibi in festiuitate paschali parauerat dñs apparens per visum dixit. Tu tibi delicias p̄paras: et seruus me⁹ in illo lacu fame cruciat. Qui protin⁹ surgēs cū alimētis q̄siuit eū: et reperit in specu. Et cū sedissent dixit. Sumamus cibū: q2 hodie pascha ē. Uir autē dei hoc ignorabat. Sūpto autē cibo: p̄sbiter recessit. ℟. Inito consilio venenum vino miscuere. Quo oblato signauit: sicq3 cōfractum est ac si pro signo lapidē dedisset. ℣. Intellexit vir dei q2 potum mortis habebat q̄ portare nō potuit signū vite. Quo. Lectō. v.

Eodē tpe in specu latitātem pastores inuenerūt: et ex tunc a multis freq̄ntari cepit. Quadam die tentator affuit/ nam nigra auis q̄ a vulgo merula vocat: vultui ei⁹ cepit importune isistere. Et licet ad signū crucis recesserit: tñ mirabilis et inusitata tētatio carnis ē secuta. Sed ipse se nudū in spinis et vrticis piiciēs: p vulnera cutis eduxit vulnera mētis: et ex tunc aliquid tale minime sensit. ℟. Frater erat mente captiu⁹ orōnis tpe vag⁹. Quē sanctus egressum v̄ga pcussit: et trahentē se nigrū puerū fugauit. ℣. Qui ex illa die nil tale passus est ab hoste: sed immobilis permāsit in orone. Quē sanctus. Lectō. vi

Cum autē iam celebre haberetur nomē eius: congregatio monasterij cuiusdā ad eū venit petens vt sibi preesset. Qui licz diu distulisset: dicēs suos et illorū mores conuenire non posse: tunc vict⁹ assensum prebuit. Postmodū intelligens vir dei q̄ de morte sua tractarent: allocutus est eos dicens. Misereatur vestri oipotēs deus: quare ista facere voluistis? Nūq̄d nō dixi vobis: vestros meis morib⁹ nō ꝯuenire? et recessit ab eis. ℟. Sanct⁹ pat bñdictus pphetico spū pollens Cepit vētura p̄dicere p̄sens absentia nūciare ac p somniū semet exhibere. ℣⁹. Regios euētus p̄dit fr̄es comedētes detexit: dormiētibus fabricā ostēdit. Cepit. In. iij. nocť. añ. Per visum dñs cuidaz sacerdoti apparuit dicēs: tu tibi paras delicias: et seruus me⁹ bñdict⁹ fame cruciatur. ps. Dñe q̄s. añ Surgens ergo sacerdos bñdictū quesiuit: inuenit inuētū ad gr̄as agēdum inuitauit. ps. Dñe ī vir. añ. Exinde cepit a pastorib⁹ freq̄ntari: qui cū ei cibos corpis deferrēt alimēta vite secum referebāt. ps Dñi ē t. ℣ Just⁹. Euāg. Dixit symō petr⁹ ad ie. bb. vj. Lc. vij.

Postmodū cū vir sctūs
in solitudine ꝟtutibus
succresceret/ tot sūt ab eo cō=
gregati: vt duodecim mona=
steria constitueret. Ceperūt=
qꝫ nobiles filios suos ei dare
nutriēdos omnipotenti deo.
Post hec migrans ad castrū
qđ cassinū dicit: in ipo tēplo
appollinis oratoriū bti mar=
tini fecit: ꝛ cōmorantē multi=
tudinē ad fidem vocabat. R.
Quā pulchra qꝫ sctā sunt btē tua
pconia tuis meritis. Rupes ma=
nant aquas; aque imitant rupeꝫ
ferrū enatat/ auis obedit/ emul⁹
perijt. V. Qm̄ te fideliter subieci=
sti creatori: ideo mirabiliter tibi
seruit creatura. Rupes. Lc. viij.
Post hoc antiqu⁹ hostis ap=
ta visione se eius ocl'is inge=
rebat: et vim pati se ab eo cō=
querebatur. Cūqꝫ interdum
clamaret/ bn̄dicte/ bn̄dicte/ ꝛ
non respōderet: adiūgebat.
Maledicte ꝛ nō bn̄dicte: cur
me psequeris? Uir quoqꝫ dei
doctrina fulsit/ nā scripsit re=
gulā monachorū discretione
precipuā: sermone luculentā.
R. Mundi cōtēptor inclitus: ce=
lesti virtute magnifice preditus.
Demonis ab ira binos saluauit:
ꝛ puerū oib⁹ mēbris ɔfractū repa
uit. V. Sic qꝫ de vacuo vase oleū
manare fecit/ et parci fratris su=
perbiā detersit. Demo. Lctō. ix.

Tēpe ꝟo q̄ de hac vita exitu=
rus erat: obit⁹ sui diē ānūcia=
uit. Et añ sex dies obit⁹ sui: se
pulturā suā apiri iussit: ꝛ i ipo
sexto die portatus ad ecclīaꝫ
pcepta cōmuniōe: erectis in
celū luminib⁹: inter discipulo=
rum manus orādo spiritū ef=
flauit. Uiderunt autē ipo die
duo monachi viā ab eius cel=
la in celū tendentē: stratā pal
lijs ꝛ choruscā innumeris lā=
padibus: et vir clarus desup
assistēs ait illis. Hec est via q̄
dilectus dn̄i benedict⁹ in ce=
lum ascendit. R. O felix benedi
cte iam de tua gloria secure no=
stris miserijs curā impende. Per
xp̄ꝫ excusa mala q̄ fecimus: ꝛ ob=
tine bona que poscimus. V. Ut
cruciatus infernorum possimus
euadere: et de dei conspectu tecū
gaudere Per xp̄m. V. Os iusti.
Dei reple= Ad lau. añ.
tus gratia benedict⁹ ab
infantia: contēpsit huius infima
mundi: sequens celestia. ps. Dn̄s
regna. Añ. Carnis domans su=
perbiā: vicit per abstinentiam:
purgauit atqꝫ pectora: sacrata p
silentia. Añ. Doctor fuit mirabi=
lis: seuerus ac tractabilis: et qđ
docendo protulit: prudens agē=
do pretulit. Añ. Redite trāsgres=
soribus: inclamitabat sepius: p=
ponit atqꝫ regulam: vite nouā de
formulam. Añ. Beatus hic cele=

stia iam nunc colit palacia: ha-bebit in qua gaudia: deū videns per secula. an. Gloriosus confes-sor dn̄i benedict⁹: vitam angeli-cam gerens in terris: speculum bonorū operū factus est mundo: et ideo cum christo iam sine fine gaudet in celis. ps. Bn̄dictus. Ad scd̄as vespas. an. Hodie mundo supernus. hh.v. ¶ Quando festū sancti cuthberti siue scti bn̄dicti: in scd̄a tertia vel quarta fer. post palmas eue-nerit: aut triduo ante pascha: eisdē diebus precedētis heb-domade anticipabūtur: exce-pto sabbato: in quo annūcia-tio dn̄ica celebrabitur. ¶ In annūciatione beate marie ad

Prias vesperas an. Prophete predicauerūt nasci saluatorē devir-gine maria. ps. Dixit. laudate. an. Ecce virgo conci-pies ꝛ paries filium: ꝛ vocabitur nomen eius emanuel. an. Missus est angelus gabriel ad mariā vir ginem desponsatā ioseph. an. Aue maria gratia plena dn̄s tecum: benedicta tu in mulierib⁹ in eter-num. an. Ne timeas maria inue-nisti grām apud dn̄m: ecce conci-pies et paries filium. Capłm.

Ecce virgo Esaie. vij. cōcipiet et pariet filiū: ꝛ vocabit̄ nomē ei⁹ emanuel: butirū et mel cōedet: vt sciat reprobare malū: ꝛ eligere bo-nū. ℞. Xp̄i ꝟgo dilectissima vir-tutū opatrix opē fer miser̄. Sub-ueni dn̄a clamātib⁹ ad te iugiter. ℣. Qm̄ pctō℞ mole p̄mimur: ꝛ nō ē q̄ adiuuet. Sub. hy⁹. Aue ma-ris stel. q̄re i cōm. eius. cc. g. ℣. Aue maria gratia plena Dn̄s te-cum. Ad magt. an. O gl'iosa fe-mina non solū bn̄dicta inter mu-lieres: sed inter mulieres bn̄di-ctas maiori benedictiōe specia-liter insignis. ps. Magt. Coll.

Deus qui de beate ma-rie virginis vtero ver-bum tuū angelo annūciante carnē suscipere voluisti: p̄sta supplicibus tuis: vt qui vere eam dei genitricē credimus: eius apud te intercessiōibus adiuuemur. ꝟsiculos et ℞la. ad oēs horas reqres dn̄ica pria aduēt⁹ dn̄i. Post ↄfel. in ↄpl. ꝛ in pria. ꝟsi. Egredief̄ ꝟga de radice iesse. Et flos de radice ei⁹ ascēdet. ℣. Egredief̄ dn̄s de lo co scō suo. Ueniet ꝛ saluū faciet pplm suū a pctis eo℞. ℣. Aue ma ria. Cōm. de ieiu. in ves. ꝛ ma-tut. Inuit. Aue maria grā plēa Dn̄s tecū. ꝑ. Ueni. hy⁹. Quē t-ra. ali⁹ hy⁹. O gl'iosa. vts. in ↄm̄. eiusd. dd. ii. In. i. noc. an. Missus ē gabriel angel⁹ a deo in ciuitatē nazareth ad virginē de-sponsatā viro cui nomen ioseph. ps. Domine domin⁹ noster.

a. Ingessus angel⁹ ad mariã ait: aue gratia plena dñs tecũ. p. Ce li enar. ãn. Maria turbat in sermone angeli: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. p̄. Dñi ē ter. b. ij. ꝟ⁹. Ex syon species decoris eius. ℟. De⁹ nr̄ manifeste vēiet.

Adest nobis Lctõ. j. dilectissimi fr̄es optatus dies beate ꝛ venerabilis semp virginis marie: ideo cũ summa exultatione gaudeat terra nr̄a/tante virginis illustrata annũciatiõe. Hec est ei flos cãpi: de qua ortuȝ ē preciosum liliũ cõualliũ: p cuius partũ natura mutatur ꝓthoplastoꝝ: delet ꝛ culpa. Tu. ℟. Missus est gabriel angel⁹ ad mariã virginē despõsatã ioseph nũciãs ei verbũ: ꝛ expauescit: virgo de lumie: ne timeas maria inuenisti gr̄am apud dñm. Ecce concipies ꝛ paries filium: ꝛ vocabit altissimi filius. ꝟ. Aue maria gr̄a plena dñs tecum. Ecce. Lctõ. ij.

Precisum est in ea illud eue infelicitatis eulogiũ. In tristicia paries filios: q2 illa i leticia dñȝ parturiuit. Eua eñ luxit: ista exultauit. Eua lacrimas maria gaudiũ in ventre portauit: quia illa pctõrē ista edidit innocētē. Uirgo q̃ppe genuit: q2 ꝟgo concepit. Inuiolata peperit q2 in cõceptu libido nõ fuit: vtrobiꝗ miraculũ. Extitit eñ et sine corruptiõe grauida: ꝛ i partu ꝟgo puerpera. ℟. Ingressus angel⁹ ad mariã ait. Aue gr̄a plena dñs tecũ. ꝟ. Bñdicta tu in mulierib⁹: ꝛ bñdict⁹ fruct⁹ ventris tui. Aue.

Aue inq̃ȝ an- Lectio. iij. gelus ad eã: gr̄a plena dicit. Impleta est maria gr̄a: ꝛ eua euacuata est culpa. Maledictio eue: i bñdictionē mutat marie. Aue gr̄a plena dñs tecum. Tecũ in corde/tecum in vētre/tecũ in vtero/tecũ i auxilio. ℟. Aue maria gr̄a plena dñs tecũ. Spũs sctũs supueniet i te: ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi: quod eñ ex te nascetur sctm̄ vocabitur filius dei. ꝟ. Quomodo fiet istud: qm̄ virũ nõ cognosco: ꝛ respõdēs angelus dixit ei. Spi In. ij. nock. ãn. Rñdēs angelus dixit ad mariã: ne timeas maria inuenisti gr̄am apud dñȝ. ps. Eructauit. c. viij. ãn. Ecce concipies et paries filium: et vocabitur nomē eius iesus: hic erit magnus: ꝛ filius altissimi vocabitur. ps. Deus nr̄ refu. d. j. ãn. Dabit illi deus sedem dauid patris sui; et regnabit in domo iacob ineternum: ꝛ regni eius non erit finis. ps. Fundamēta. e. s. ꝟ. Egredietur virga. Lctõ. iiij.

Gratulare btã virgo maria: xp̄s e celo suo descēdit in vterũ tuũ. Ex sinu pa-

tris: descẽdere dignatus ẽ in vterũ matris. Bñdicta tu in mulieribus: que vitã ꝛ virȝ et mulierib⁹ peperisti. Deniqꝫ post illð bñdicibile p̄resagiũ dũ tacita ꝟgo secũ mentis altercatione cõfligit/ q̃lis esset ista salutatio. Nũcius interiȝ celestis exequitur: ne timeas maria: inuenisti gratiã apud dñm. ℟. Maria vt audiuit turbata est in sermõe angeli. Et cogitabat qualis esset ista salutatio. ℣. Quomodo fiet istud quoniã virum nõ cognosco. Et. sc. ℣.

Ait autẽ maria. Quomodo fiet istud: q̃m virũ nõ cognosco? Et angel⁹ ad eã. Spũssãctus supueniet in te: ꝛ virtus altissimi obũbrabit tibi. Audisti quomodo fiet/ spũssãct⁹ supueniet: vt ꝛ prolẽ gignas ꝛ ꝟginitatẽ nõ perdas: filium proferas: ꝛ post partũ incorrupta pmaneas. ℟. Dixit angel⁹ ad mariã: ne timeas maria. Inuenisti grãm apud dñȝ. ℣. Ecce concipies ꝛ paries filium: ꝛ vocabis nomen eius iesum. Inue.

O beata ꝟgo maria: sc. vi. seculũ oẽ captiuũ/ tuũ deprecatur assensum. Te dña mũdus sue fidei obsidẽ fecit. Noli morari ꝟgo nũciũ: festinãter responde verbũ: ꝛ suscipe filiũ. Ecce inquit ancilla dñi: fiat michi scðm verbũ tuum. Nec mora/ reuertitur nũci⁹: ꝛ virginalẽ thalamũ ingreditur christus. Efficitur subito pregnans btã dei genitrix: ꝛ p cũcta secula p̃dicat̃ hinc felix. Gaudeamus ergo ꝛ nos fratres in die tante virginis: que duȝ despõsaretur fabro: celi nupsit architecto: cui est honor ꝛ imperiũ in scl'a scl'orum amẽ. ℟. Ecce concipies et paries filiũ Et vocabit̃ nomẽ ei⁹ iesus. ℣. Hic erit magn⁹: ꝛ filius altissimi vocabit̃: ꝛ dabit illi dñs deus sedẽ dauid pr̃is sui. Et vo.

In. iij. noct. ãn Dixit autẽ maria ad angelũ: quomodo fiet istð q̃m virũ non cognosco: ꝛ respondens angelus spũssctũs supuẽiet in te: ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. ps. Cantate. j. f. ij. ãn. Ideoqꝫ et quod nascet̃ ex te sanctum: vocabit̃ filius dei. ps. Dñs reg̃. exul. f. ij. ãn. Dixit aũt maria ad angelũ: ecce ancilla domini fiat michi scðm verbũ tuũ. ps. Cantate. ij. f. iij. ℣. Egredietur dñs. vt s. ad completoriũ.

In sc. vij. Secũdũ Lucã. j. In il. tpe. Missus ẽ angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee: cui nomen nazareth ad ꝟginẽ desponsatam viro: cui nomẽ ioseph/ ꝛ nomen ꝟginis maria. Et reliq̃.

Homil'. venerabilis bede.

Exordiũ nr̃e redẽptõis fr̃es

kmi hodierna sancti euãgelij lectio cõmẽdat: que angelu3 de celis a deo missum narrat ad ꝟginẽ: vt nouã i carne natiuitatẽ filij dei ꝑdicaret: per quã nos abiecta vetustate noxia renouari: atq3 inter filios dei ꝯputari possum⁹. ℟. Quõ fiet istud rñdẽs maria/ qr virũ nõ cogſco: angel⁹ ad hec Spũſſctũs ſupueniet i te: ꝛ ꝟt⁹ altissimi obũbrabit tibi. ℣. Ideoq3 ꝛ qd naſcet ex te ſctm̃ vocabit fili⁹ dei. Spi. Ut ergo ad ꝓmisse ſa- ſ. viij. lut3 mereamur dona ptingere primordiũ ei⁹ curem⁹ intẽta aure pcipere. Missus ẽ inquit angel⁹ gabriel. Aptũ ꝑfecto hũane restauratõis pricipiũ fuit: vt ãgel⁹ a deo mitteret ad virginẽ partu conſecrandã diuino: qr pria hũane pditiõis fuit causa cũ serpẽs a diabolo mittebat ad mulierem/ spũ ſupbie decipiẽdam: imo ipe in serpente diabolus veniebat: qui gen⁹ hũanũ deceptis parẽtib⁹ primis: imortalitatis glia nudaret. ℟. Dixit aũt maria ad angelũ. Ecce ancilla dñi: fiat michi ſcdm̃ verbum tuũ. ℣. Spũſſctũs ſupueniet in te: ꝛ ꝟt⁹ altissimi obũbrabit tibi. Ec. Q ꝛ ergo mors intra- ſc. ix. uit per femina3: apte redit et vita p feminã. Illa a diabolo ſeducta p ſerpẽtẽ: viro gustũ necis obtulit. Hec edocta a deo p ãgelũ: mundo auctorẽ ſalut3 edidit. Mater gener3 nri penã intulit mundo: genitrix dñi nri ſalutẽ attulit mũdo. Auctrix pcti eua: auctrix meriti maria. Eua occidẽdo offuit: maria viuificãdo ꝓfuit dũ dñ3 nostrũ concepit ꝛ peperit ſaluatorẽ mũdi. Sit ipi honor ꝛ impiũ in ſecula ſclorũ amẽ. ℟. Christi virgo. vr̃s. ad veſ. ps. Te deum. ℣. Benedicta tu in mulierib⁹. ℟. Sãcta dei genitrix. Ad laudes. ãn.

Ingressus ãgel⁹ ad mariã dixit aue maria gr̃a plena dñs tecũ. ãn. Ecce ꝯcipies in vtero et paries filiũ: ꝛ vocab3 nomẽ eius ieſum: hic erit magn⁹ ꝛ fili⁹ altissimi vocabitur. ãn. Quomõ fiet istud angele dei quia virũ in concipiendo nõ pertuli: audi maria virgo xpi: spũſſãctus superueniet in te: et virtus altissimi obũbrabit tibi. ã. Spũſſctũs in te deſcendet maria; ne timeas habẽs in vtero filiũ dei. ãn. Ecce ancilla dñi fiat michi ſcdm̃ verbũ tuũ. Egredief Cãm. eſa. xj. virga de radice ieſſe: ꝛ flos de radice eius aſcẽdet: ꝛ requieſcet ſup eũ ſpũs domini. hy⁹. Fit porta xpi. qre s. i cõceptiõe eiuſdem. ee. vij. ℣⁹. Aue maria. ãn. Hec est dies quã fecit dñs: hodie dñs afflictionem

populi sui respexit: et redēptionē misit: hodie mortē quā femina intulit: femina fugauit hodie deus homo factus: id quod fuit pmansit: et qd nō erat assumpsit: ergo exordiū nr̄e redēptiōis deuote celebremus et exultem⁹: dicētes glīa tibi dn̄e. ps. Bñ⁹. Ad hor. diurna. Hy⁹. Iā lucis. cū ceteris dicat̄ vt. 2. feria. q̄re s̄. in dn̄ica. i. aduēt⁹ dn̄i. Ad iij. cp̄m. Egredietur virga de radice. R. Ueni ad liberandum. v⁹. Timebunt gētes nomē. Ad. vi. cp̄z. esa. xi.

Non secundū visionem oculoꝝ iudicabit: neqꝫ scd̄ꝫ auditū auriū arguet: sed iudicabit in iusticia paupes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. R. Ostende nobis dn̄e. v⁹ Memento. Ad nonam

Et pcutiet Cp̄z. ibid. terram virga oris sui: et spū labioꝝ suoꝝ interficiet impium: et erit iusticia cingulum lūboꝝ eius / et fides cinctorium renū eius. R. Super te hierl'm. v. Domine deus virtutum. Ad scd̄as vesperas. an. de laudi. ps. Dixit dn̄s Laudate pueri. Letat⁹. Nisi dn̄s. Lauda hierl'm. Cp̄. esa. xlv.

Rorate celi desup et nubes pluāt iustū: apiat̄ terra: et germinet saluatorē: et iustitia oriat̄ simul: ego dn̄s creaui eū. R. Christi virgo dilectissima. Hymn⁹. Aue maris stel. v. Aue maria gr̄a plēa. Ad magt̄. a. Gaudendū nobis est qꝛ christus mediator dei et hominū de sanctissima virgine virginū natus nature i sue diuinitatis sublimauerat personā: hāc pre oīb⁹ amemus laudem⁹ glificem⁹: hoc sibi subnectētes Maria maria totius sctitatis tu pricipalis gēma nos tibi hūiliter seruiētes ab hostis neqssimi mille millenis fraudib⁹ defēdas. p. Magt. Cōm. de ieiunio. Hec scd̄a vespera si in aliquo sabbato ante passionē dn̄i euenerit: ex integro festo attribuet̄: imposita an. tm̄ et orone de ieiunio. Simili modo fiat si p̄dictū fest. i aliqua dn̄ica an̄ passio. dn̄i euenerit. Si vo in aliquo sabbō dn̄ice passiōis eueñ. post Bn̄dicamus an. tm̄ et orone reci piat. Itē si triduo an̄ pascha hoc festū occurrerit: in sabbō an̄ palmas āticipet̄. Si autē in hebdo. paschali hec eadeꝫ festiuitas ceciderit: i eād. fer. an̄ palmas celebrabit̄. ¶ De scō ābrosio. In euāge. a. Iste homo. pb. iiij. Oratio.

Deus q̄ pplo tuo etne salutis btm̄ ābrosiū ministrū pcessisti p̄sta q̄s: vt quē eccl'ia tua doctorē vite habuit i t'ris intcessorē hr̄e mereat̄ i celis. p. Inuit̄. Unum deū. pb. iij. l. j.

Cum ambrosius in cu-
nis dormiret: aperto
ore examē apū aduenies os
eius impleuit. Cū autē ado-
leuisset z videret rome mrem
z sororē ꝟginē episcoporum
man⁹ osculari: ludens offere-
bat dextrā suā dicēs z id sibi
fieri oportere. Priusq₃ autez
edoct⁹ est in liberalib⁹ disci-
plinis: ꝯsularitat₃ suscepit in-
signia: vt regeret liguriā emi
liāq₃/venit mediolanū. lc.ij.
Cū aūt causa sedāde seditio
nis: q̄ erat in pp̄lo in petēdo
ep̄z prexit ad eccl̄iam: subito
fertur vox infantis sonuisse
ambrosiū ep̄m. Quo cogni-
to tormētoꝝ minas adhibuit
et publicas meretrices ad se
ingredi fecit: vt eos ab hoc
ꝓposito reuocaret. Lcō.iij.
Cūq₃ sic non ꝓficeret nocte
fugit ꝟsus ticinū putās se p-
gere: s₃ in mane in porta q̄ ro
mana dicit̄ iuenit̄. Fugit ite-
rū z latuit sed iterū est iuuēt⁹
Intelligēs aūt dei volūtatē:
fecit se a catholico ep̄o bapti
zari: z recept₃ oībus eccl̄iasti
cis officijs octauo die episco
pus est ordinat⁹. l.iiij.
Persecutiōes ab arria-
nis plurimas perpessus est.
Quidā de ip̄is acerrim⁹ di-
sputator: vidit angelū dei ad
aures ambrosij in eccl̄ia tra-
ctātis loquētem. Moxq₃ cō-
uersus: fidē quā expugnaue-
rat cepit ipse defendere. lc.v.
Occiso gratiano impatore a
maximo cesare: ip̄m maximū
excōicauit ābrosi⁹: admonēs
vt effusi sanguis dñi sui age-
ret penitētiā. Quod ille ꝯtē-
nēs: impiū pariter z vitā ami
sit. Per idē tp̄s demonia cla
mabāt se nō solū ad ābrosiū:
sed nec ad fores dom⁹ ei⁹ ap
propinquare posse: qm̄ ignis
insuperabilis om̄e illud edi-
ficiū cōmuniret. Lectio.vi.
Theodosio imperatori de-
negauit ambrosius introitū
eccl̄ie: eo ꝙ ꝑmisisset perimi
innocētes. Cui impator con-
tra asserebat: dauid adulteri-
um simul z homicidiū perpe
trasse. Rñdit ābrosi⁹. Qui se
cut⁹ es errātē: seq̄re corrigē-
tez. Qd̄ ꝟbū ita accepit ipa-
tor: vt publicam pniaz nō ab-
horreret. Nec pri⁹ se dignum
cōmuniōe iudicauit ābrosi⁹:
q₃ publicā ageret pniaz. Tu
autē. Sup bñd⁹. a. Ecce adest.
bb.v. Ad scd̄as ves. In euā-
gelio. añ. Iste est qui ante deū.
bb.vij. Orō. Deus qui popu
lo. vt̄s. ¶ De sctis i cōi inter
pascha z pēth. Ad p̄ias ves.
añ. sup p̄s. diei. Sancti tui dñe
florebunt sicut lilium all'a: z sicut
odor balsami erunt ante te alle-

luya. Capitulum. Sapien. v.

Stabūt iusti in magna constantia aduersꝰ eos qui se angustiauerūt: ꝛ q̄ abstulerunt laboꝛes eoꝛū viden tes turbabuntur timoꝛe hoꝛribili: ꝛ mirabuntur in subita tione insperate salutis. ℟ m. Ego sum vitis vera ꝛ vos palmi tes. Qui manet in me:ꝛ ego in eo hic fert fructum multum all'a all'. ℣ꝰ. Manete in dilectione mea sicut dilexi vos. Qui. Hymni ha bendi sunt sicut in alijs tēpoꝛibus extra pascha. ℣. Precio sa est in ꝯspectu domini alleluya Moꝛs sanctoꝛū eius alleluya. an̄ Filie hierusalem venite et videte martyꝛem cū coꝛona:qua coꝛona uit eum dn̄s in die solēnitatis et leticie alleluya all'a. ps. Magnificat. Inuitatoꝛium Exultent in domino sancti. All'a. ps. Uenite. In pꝛimo noct. a. Tristitia ve stra all'a:vertetur in gaudium al leluya. ps. Beatus vir. Quare fre. Cum inuocarem. ℣ꝰ. Gaudete iusti i domino alleluya Rectos decet collaudatio all'a. ℟ Beatus vir qui metuit dominum alleluya In mandatis eius cupit nimis alleluya all'a all'a. ℣ Potens in terra erit semen eiꝰ ge neratio rectoꝛuꝫ benedicetur In mandatis. ℟. Letabitur iustꝰ in domino ꝛ sperabit in eo ꝛ lauda buntur/oēs recti coꝛde all'a all'a.

℣ Letamini in domino:ꝛ exultate iusti ꝛ gloꝛiamini. Oēs. ℟. Filie hierusalē venite ꝛ videte martyꝛem/cuꝫ coꝛona qua coꝛonauit eum dominus In die solēnitatis ꝛ leticie alleluya. ℣. Quoniaꝫ cōfoꝛtauit seras poꝛtarum tuarum benedixit filijs tuis in te. In die. Hoc ℟ habeatur:tertiuꝫ qd nunc sequitur quādo de vno confessoꝛe agitur. ℟. Lux per petua lucebit sāctis tuis dn̄e. Et eternitas tempoꝝ all'a alleluya. ℣ꝰ. Uox leticie et exultationis in tabernaculis iustoꝝ Et. In secū do nocturno. an̄ Tristitia vr̄a. ps. Uerba mea. c. v. ps. Dn̄e dominus noster. a. ij. ps. Cōserua me dn̄e. a. iiij. ℣ꝰ. Clama uerunt iusti alleluya. Et dominꝰ exaudiuit eos alleluya. ¶ In festo plurimoꝛum martyꝛū. ℟. Tristitia vestra alleluya. Cōuertetur in gaudiū all'a all'a. ℣. Mūdus autem gaudebit vos autem contristabimini:sed tristitia vr̄a. Conuertetur. ℟. Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e. Eteni veritatem tuam in ecclesia sanctoꝝ alleluya all'a all'a. ℣ꝰ. Misericoꝛ dias tuas dn̄e internum cantabo in generatione et generationem. Etenim. ℟. Uidi ciuitatē hierusalem oꝛnatam et cōpositam: de oꝛationibus sanctoꝛum. Et ibi cā tant martyꝛes sancti canticū nouum alleluya. ℣. Magnus domi

nus ꝛ laudabilis nimis i ciuitate dei nostri i mõte sancto eius. Et. In. iij. noct. ã. Tristicia vr̃a. ꝓ. Dñi ẽ terra. bb. ij. ꝓ. Bti q̊rũ. d. vij. ps. Te decet. c. ij. ꝟ. Confitebuntur. R̃m. Preciosa est in cõspectu domini/ mors sanctorum eius all'a. ꝟ. In conspectu ois ppl'i eius. Mors. R̃. In seruis suis alleluya. Consolabit deus all'a. ꝟ. Judicabit domin⁹ populum suũ ꝛ in seruis suis. Cõsolabit. R̃. Letamini in domino et exultate iusti. Et gl'iamini oẽs recti corde alleluya alleluya. ꝟ. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione. Et. R̃. Ego sū vitis. vr̃s ad vel. ꝓ Te deum. ꝟ. Preciosa est in cõspectu. Ad laudes. ãn. Sancti tui dñe florebũt. vr̃s ãn. Sancti ꝛ iusti in domino gaudete alleluya: vos elegit deus in hereditatem sibi alleluya. ãn. In velamento clamabunt sancti tui dñe alleluya alleluya all'a. ãn. Spiritus et anime iustorū hymnum dicite deo nostro all'a all'a. ãn. In celestibus regnis sanctorum habitatio est alleluya ꝛ in eternum requies eorum alleluya. Capitulum. Stabunt iusti. vt supra ad vesperas. ꝟ. Vox leticie. ãn. Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine alleluya: et eternitas temporum alleluya alleluya alleluya. ps. Benedict⁹.

Ad primam omnia peragantur sicut in prima hebdomada post pascha: cũ ãis de laudibus. Ad. iij. Capl'm. Sap. x.

Reddet deus mercedē laborũ sanctorum suorum: ꝛ deducet illos ĩ via mirabili: ꝛ fuit illis in velamēto diei: ꝛ in luce stellarū nocte. R̃. Tristitia vestra. Alleluya alleluya. ꝟ. Vertetur in gaudium. ꝟ. Gaudete iusti. Ad. vi. Capitulum. Sapientie. x.

Sancti dei tulerunt spolia impiorū: ꝛ decantauerũt domine nomē sanctũ tuum: ꝛ victricē manum tuam laudauerũt pariter dñe deus nr̃. R̃. Gaudete iusti in domino All'a all'. ꝟ. Rectos decet collaudatio. ꝟ. Clamauerũt. Ad. ix. cap. ec. 44.

Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: ꝛ viuent nomina eorū in eternũ sapiētiā eorũ narrabũt om̄s populi et laudē eorũ pnũciat ois eccl'ia sanctorum. R̃. Clamauerũt iusti All'a all'a. ꝟ. Et dominus exaudiuit eos. ꝟ. Confitebuntur celi. Capl'm. Ad secũdas vesp. Apocalipsis. xxi.

Absterget de⁹ oẽm lachrimã ab oculis sctõrũ: ꝛ iã nõ erit ampli⁹ neq; luctus neq; clamor. s; nec vllus dolor q̃m priora trãsierũt. R̃. Ego sum. i vesp. ꝟ. Preciosa.

O martyr. N. proces. aa.viij Hoc mō cātādi sūt cursus diurnales de sanctis int̄ pascha et pēthecostē siue canant̄ de vno siue de plurib⁹. ¶ Seq̄t̄ plurimorum martyrum in euāgelio. ā. Uidi ciuitatē sanctā hierusalē ornatā: et ↄpositā de ornamētis sctōrū: et ibi cātant martyres scti cāticū nouū al leluya all'. ps. Mḡt. oro.

Exaudi dn̄e ppl'm tuum cū scōrum martyrum tuorum tibi patrocinio supplicātē: vt et tpal' vite nobis tribuas pace gauderet eterne repire subsidiū. P dn̄m. ¶ Sctōrū tiburcij et valeriani. ā. Uidi citatē v'l. Gaudēt in celis. aa. viij. s. j. xl. vene

Presta q̄s (rit. Colla. ops de⁹ vt q̄ scōrum martyrū tuorum / tiburcij et valeriani solēnia colim⁹: eorū apud te itercessionib⁹ adiuuemur. P. Cōm. solita. vts. N. vij. l. j.

Ualerian⁹ et tiburci⁹ cū p̄ciosas facerēt martyrū sepulturas: et elemosinis isisterēt accusati sūt apd almachiū p̄fectū: q facltates suas in viles psonas expēderēt: et punitos a se p scelerib⁹ cum gl'ia sepelirēt. Cū g lōga concertatio fieret int̄ ipos et almachiū de fide et idolatra tādē cōfusus i oib⁹ iussit vt aut sacrificarēt statue iouis: aut capite punirent̄. R. Tristitia v'ra.

Reia. q̄re i p̄cedēti follo. l. ij.

Cū aūt ducerent̄ a maximo corniculario p̄fecto / cepit flere sup eos vidēs q ad iteritū leti ibant. Tunc tiburcius dixit ei. Nos nisi pro certo didicissemus esse alterā vitā ppetuā: nūq̄ nos istā amittē gauderem⁹. Dixit ei maxim⁹ Cōtēnerem et ego vitam istam: si certū michi esset qd loqueris Dixit ei valerianus. Si pmittis q peniteas faciet te dominus certū de his in hora qua pro sui nois confessione tunicas istas corporales deponemus. Tu aūt. R. Cōfitebūt̄. l. iij.

Tūc maximus iurauit se de cetero crediturum: si quod p mittebant impleretur. Martyres vero fecerūt venire nocte ceciliam cum sacerdotib⁹ et baptisatus est maxim⁹: cum tota domo sua. Cum autē suscepissent martyriū: vidit maximus in ipsa hora angelos dei fulgentes sicut sol: et animas eorum egredientes de corporibus: quasi virgines ascēdentes ad celos. R̄m. Uidi ciuitatem. ān. Lux perpetua. Cōmēora. solita. vts. N. vij. post lau. ¶ In natali bti magni martyris. in euāgelio ān

Filie hierusalē vēite. or. Adesto dn̄e supplicatiōibus nr̄is: et itcedēte btō magno

martyre tuo ab hostium nos defende propiciatus incursu. Per dominum. ps. Beatus vir. Quare fremuerunt. Domine quid mul. ℣ Gaudete iusti in domino. Lectio pria

Beatus magnus apud Orchades insulas ortũdus fuit nobilissimus genere ꝛ alti sanguinis parẽtela. Pr eius insularum comes: ꝛ dñs nominatissimus mater eiꝰ de nobilioribꝰ illius terre duxisse fertur originem. In gestu iocũdus ꝛ hylaris. In ſmone amabilis: ꝛ affabilis: in incessu modestꝰ extitit et ḡuis: vt non appareret in eo quod posset offendere intuẽtes. ℟ Beatus vir. quere fol. ꝑcedẽti cum ceteris. Lectio secunda

Sed quia mores formãtur ex conuictu: cum ad intelligibilem etatem peruenisset inter tam furialem et feralẽ gẽtem constitutus: inter proter uos ad mores ferales / ad ritus ad fidẽ ipsos ad legẽ barbaros pronos ad mala/ illoꝝ moribus per dies aliquos cõformari maximus predo existere: rapinis ꝛ spolijs viuere cedibus indulgere. Quod tamen magis prauorum instinctu prouocatꝰ q̄ꝫ propria iniquitate pulsatꝰ creditur actitasse. ℟ Letabitur. Lectio. iij.

Sed omnipotens deus cui propriuꝫ est misereri ꝛ parcere: electũ suum a talibus voluit mercimonijs suspẽdere: ꝛ ostendere illi quanta oporteat eum pati pro nomine ipius. Ut qui sanguineꝫ innocẽtem multotiens fuderat: ipse quandoqꝫ spũssancti victima fieret vt proprium sanguineꝫ christo libaret. Unde cõtigit eum de manu violenti regis ꝛ predatoris euadẽ et cathaniam adire/ vbi honorifice susceptus est: ꝛ in comitẽ sublimatus: qui postmodũ glorioso martyrio coronatꝰ: victor migrauit ad dominum. ℟ m. Ego sum vitis. Ad benedictus an. Lux perpetua. ps. Benedictus dominus. Ad vespas. a O martyr magne. aa. vij. ¶ Sancti georgij marty. an. Filie hierusalem venite ꝛ videte. a. Coll.

Deus qui nos beati georgij martyris tui meritis ꝛ intercessione letificas concede propitius: vt qui eiꝰ beneficia poscimus dona tue gratie cõsequamur. Cõmẽo. solita. A. vij. p. Cũ inuocarẽ. Uerba mea. Dñe dñs noster. ℣ Clamauerunt. Lectio pria.

Cum dacianus preses varijs tormentis affligeret christianos: intantũ vt q̄dã deuicti: idola adorarẽt,

Uenit quidā miles qui vidit christianorum angustias erogatis omnibus ꝛ veste militari deposita: et indutus veste christiana i medio sacrificātiū se iniecit exclamās. Omnes dij gentium demonia. ℟. Beatus vir. cum ceteris vt̄s. lc.ij.

Ad hec dacianus iratus cū eum ad se inclinare non posset fecit eum cruciari i eculeo et facibus ardentibus applicatis ad latera et verberibus plagis sale confricatis: ꝛ itrudi in carcerē. Post hec e carcere eductus i rota acutꝰ gladijs circunsepta ponitur: sed ipsa virtute dei confracta nō ledit. Deinde ponitur in sartagine plena feruente plumbo: sed facto signo crucis: ibi quasi in balneo refouet. Quibus visis dacianꝰ eū blandicijs tentare molitur. ℟. Leta-bitur. Lctō.iij.

Georgiꝰ aūt simulans ꝙ vellet deos adorare: cum adductus eēt in tēplo et adorasset deum: ignis de celo descendens / tēplū cū idolis ꝛ multis gentilibꝰ qui conuenerant omnino destruxit. Post modum distractus per ciuitatem: capitalem sententiam recepit: ꝛ signo crucꝭ se muniens expirauit. Dacianus autē inde rediens: igne celesti subito consumptus est ℟. Filie hierusalem. ān. Lux perpetua. ¶ Sancti marci euangeliste: ad primas vel. sup ps. de die. ā. Sancti tui dn̄e. kk.iiij Caþm. Stabunt iusti. kk.v. ℟⁊m. Candidi facti sunt nazarei eius alleluya splendorē deo dederunt alleluya. Et sicut lac coagulati sunt all'a all'a. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorū. Et. Hymnꝰ. Annue christe. aa.j. ℣. Preciosa. ān. Ecce ego ioānes. aa.iiij.p̄. Magnificat. Oro.

Deus qui beatum marcum euangelistam tuum euāgelice predicationis gratia sublimasti: tribue que sumus eius nos semper eruditione proficere: et oratione defendi. Per. Inuitatorium. Exultēt. kk.v. hymnus. Eterna christi mūera. aa.ij. ps. Celi enarrant. a.vj. Benedicam dominū. c.iiij Eructauit cor. c.viij. ℣. Gaudete iusti. Lctō.j.

Cum sanctus marcꝰ venisset romam: cū beato petro: ꝛ ad preces discipulorum scripsisset euangelium quod ab ore eiꝰ audierat: misit eum beatus petrus ad aquileiam: vbi cum gentem innumeram conuertisset redijt romam. Beatus petrus misit eum in egyptum. Cum autē ibidem et in vicinis natiōibꝰ

pdicãdo ꝛ miracula faciendo fructũ iestimabilẽ fecisset: reuersus romã missus ẽ in alexandriã. ℟. Uirtute magna reddebant apl'i. Testimonium resurrectionis dñi nostri iesu xp̄i all'a all'a. ℣. Repleti quidẽ spiritu sancto loq̄bãt cũ fiducia. Testi. l. ij.
Mox autem vt ingressus est ciuitatẽ: cum tradidisset calciamentum cuidam ad reparandum aniano nomine: ꝛ in operando manum suam grauiter lesit. Facto luto de sputo: sanauit eum in nomine iesu christi. Quod vidẽs vir ille: recepit euꝫ hospitio. Et ad predicationeꝫ suam ipse ꝛ domus sua: ꝛ alia multitudo magna ad dominum conuertit. ℟. Ibant gaudẽtes a conspectu consilij/quoniã digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliã pati alleluya all'a alleluya. ℣. Non sunt loquele neq̄ sermones quorum non audiantur voces eoꝝ. Quoniam digni. Lectio tertia
Sancto igitur marco i carcere recluso: apparuit angel⁹ primo die ac secũdo: dñs ies⁹ xp̄s confortauit eum. Cũ aũt in crastino eũ traherẽt p ciuitatem: dixit. In manus tuas dñe ꝯmendo spm̄ meũ: tradidit spm̄. Cũ aũt reliquias ei⁹ vellent comburere: tanta facta est tempestas q̄ fugerent gentiles: ꝛ viri religiosi sepelierũt corpus eius quod postmodum venetias est translatum. ℟. Ego suꝫ. kk. v. ãn. Lux perpetua. Ad vesperas. ãn. Sancti tui dñe. ps. Dixit dñs. cuꝫ ceteris de apostolis. Ad Mgt. ã. Cõspicit i celis. aa. iiij
¶ De sctõ vitale. in euangelio. ãn. Filie hierusalem. Oro.
Presta q̄s oĩps de⁹ vt intercedẽte sancto vitale martyre tuo ꝛ a cũctis aduersitatibus liberemur in corpore ꝛ a prauis cogitationibus mũdemur in mente. Cõmẽo. solita. ps. In dño ꝯfi. a. iij. ps Dñe d̄s. a. iiij. ps. Dñe i v̄tu. a. vj. ℣. Confitebuntur. Lcõ. i.
Uitalis miles cũ paulino iudice suo igressus rauenuã: vidit xp̄ianũ quẽdã vrsicinũ noĩe arte medicũ ductũ ad martyriũ expauescere exclamãs dixit. Noli noli vrsicine q̄ alios curare cõsueuisti te eterne mortꝫ iaculo vulnerare. Quo audito: genua posuit ꝛ agẽs pniam q̄ expauisset: martyr effect⁹ ẽ. ℟. Preciosa. kk. v. cũ ceterꝫ. Lcõ. ij.
Ad hec paulin⁹ irat⁹ post penã eculei: iussit vt si sacrificare nollet/fieret fouea vsq̄ ad aquã: ꝛ ibi supin⁹ deposit⁹ lapidibus obrueref. Cũ aũt sic martyriũ ꝯsũmasset: sacerdos

appollinis q̄ hoc ꝯsiliū dederat: ibidē a diabolo arreptus clamare cepit. Incendis me martyr xp̄i. Et p̄cipitatus a diabolo expirauit. ℟. In suis Ualeria aūt ꝯiūx k.iij.(suis. ei⁹: cū reuerteret ad vrbē mediolanēsiū idolatras sacrificātes siluano icurrit. Qui cū eā hortarēt secū epulari dixit. Xp̄iana sum: nō licʒ michi de siluani vo̅ti sacrificijs manducare: tanta eā cede mactauerūt: vt vix seminecē eā sui ad vrbē p̄ducerēt: vbi infra triduū migrauit ad xp̄m. ℟. Ego sum. ā Lux perpetua. kk.v. ¶ Sancti petri martyris ordis p̄dicatorū. ā Filie hierl'm. Col. Presta q̄s op̄s deus vt bti petri martyris fidē ꝯgrua deuotiōe sectemur: q̄ p eiusdē fidei dilatiōe martyrij palmā meruit optinere. p. Cō. solita ps. Btūs vir. ps. Quare fre. ps. Dn̄e qd. a.j. Lectio p̄ia.

Beatus petr⁹ cū mediolanū pgeret p exequēda iq̄sitiōe ꝯtra hereticos sibi ab ap̄lica sede ꝯmissa sicut i publica p̄dicatiōe p̄dixerat. Quidā de hēticis p̄ce ꝛ p̄cio illoꝝ induct⁹: sacrū caput ei⁹ gladio ipetēs illū nō diuertētē: sʒ ptin⁹ hostiā se exhibētē ꝛ dicentē. In man⁹ tuas dn̄e ꝯmēdo spm̄ meū: ꝛ symboluʒ fidei subiungentem: dimisit occisum. Rela sicut de sancto georgio. Lectio secūda.

Claruit auteʒ miraculis adhuc viuens. Nā quēdam: nec loqui/nec spuere valētē: sanauit. Ali⁹ q̄dā nimia torsiōe grauat⁹ apposita cappa ei⁹ super pect⁹ suū: ꝓmē quēdā hn̄tem duo capita: ꝛ piloꝝ dēsitatem villosuʒ euomuit/ꝛ liberat⁹ ē. Cuidā muto: loq̄lā restituit. Post mortem vero ad k.iij. sepulchrū eius lampades frequenter sunt diuinitus accense. Quidam detrahens eius sanctitati a morsello suffocāte eum: liberatus est. Quedā hydropica facto voto sancto sanata est. Obsesse mulieres a demonibus liberāt: et alijs multʒ miraculis glorificauit dominus sanctuʒ. Ad laudē nominis sui quod est benedictū in secula amen. ¶ Sctōꝝ philippi et iacobi ap̄loꝝ. an. Ad v̄s. Sci tui. kk.iij. cp̄. Stabūt iusti. kk.v. ℟. Ego suʒ. hy⁹ Proni rogam⁹. aa.j. ℣. Iacobe iuste. aa.j. ℣. Annue xp̄e. ℣. Preciosa. ā. Nō turbet cor vestrū neq̧ formidet creditʒ i deū ꝛ i me credite i domo p̄ris mei mās iones m̄lte sūt all'. all'a. ps. Mḡt.

Deus qui nos Oratio. apostoloꝝ tuorū/ philippi: et iacobi solennitate le-

tificas: presta quesumus: vt quorum gaudemus meritis i struamur exemplis. Per. In uitatorium Exultent in domio. hymnus Eterna christi. aa. ij ps. Omnes gentes plau. v. i ps. Exaudi deus deprecatio nem. v. v. ps Exaudi de⁹ ora tionem. v. v. R⁹. Clamauerunt iusti. Lectio prima.

Philippus per sythiam viginti annis predicauit: vbi expulso drachōe qui erat sub statua martis in desertum: et suscitatis mortuis: qui de fla tu eius fuerant mortui: cōfra cta statua: i loco eius fecit eri gi crucem christi. Et post cō uersionem inumerabilium: et ordinatas ecclesias ibidem: rediijt ad asiam apd hieropo lim. Et destructa ibidem he resi ebionitaruz migrauit ad dn̄z: postq̄ per septem ep̄os et clericos: et populum ad se conuocatos istruxerat ꝛ ani mauerat diligenter. R. Uirtu te magna. kk. vij. Lectio scda.

Apostoli videntes ꝙ essent trāsituri ad gentes ordina uerūt iacobū alphei primum ep̄m fidelibus qui erant i hie rusalē remansuri. Septio au tem anno ep̄atus sui: cum p̄ dicasset per dies septem in tē plo: ꝛ fere omnes parati eēnt ad baptismum: quidam insa niens facta seditione: preci pitauit eū a loco predicatio nis. Episcopatus antē anno suo tricesimo: cum iterum te stimoniuz christo perhiberet de pinnaculo templi precipi tatus. Et orans patrē vt eis remitteret: pertica fullonis excerebratus est. R. Uidi por tam ciuitatis ad orientem positā et apostolorum nomina: et agni super eam scripta. Et super mu ros eius angeloruz custodiā all'a V⁹. Uidi ciuitatem sanctam hie rusalem descendentem de celo or natam tanq̄ sponsam viro suo. Et super muros. Lectio tertia.

Hic est iacobus: qui secūdū euangeliuz nazarenorum cō strixerat se non comesturuz: donec videret christum resur gentem. Unde christus resur gens apparuit ei dicens. Co mede: quia fili⁹ hominis sur rexit a mortuis. Hic est q̄ scri psit epistolam tribubus disp sis. Hic est cui egesippus vi cinus apostolorum secunduz ecclesiasticā historiam perhi bet mirabile testimoniuz san ctitatis: ꝓpter quod dictus ē iustus. Et secundū iosephuz propter mortem eius: subuer sa fuit hierusalem penitus: et destructa. R. Ego sum. kk. v. V. Preciosa est. In laud. a.

Ego suz via veritas ꝛ vita

nemo venit ad patrez nisi per me
all'a. ps. Dñs regnauit. cũ ce-
teris. Añ. Si cognouissetis me ꝛ
patrem meum vtiqꝫ cognouisset:
ꝛ amodo cognoscetis eum et vi-
distis eum alleluya all'a all'a. añ
Dñe ostẽde nobis patrẽ ꝛ sufficit
nobis all'a. añ. Tanto tpe vobis-
cum sũ ꝛ nõ cognouistis me: phi-
lippe qui videt me: videt ꝛ patrẽ
all'a all'a. Añ. Philippe qui videt
me videt ꝛ patrem meũ all'a. cap.
Stabunt iusti. kk. v. hy⁹. Ex-
ultet celũ. aa. iij. ℣. Uox leticie.
Añ. Si manseritis in me: ꝛ verba
mea in vobis manserint quodcũ-
qꝫ petieritis fiet vobis all'a all'a
all'a. ps. Bñdict⁹ Ad. iij cpꝫ.
Si manseritis Joã. vij.
in me ꝛ verba mea i vo
bis manserint quodcunqꝫ vo
lueritis petetis ꝛ fiet vob' ait
ie⁹ discipulis suis. ℟. Tristi-
tia vr̃a. kk. v. cũ ceter'. ℣. Gau-
dete. Ad vj. cp. Ex hist.
Isti sunt viri sancti q̃s
elegit domin⁹ i charitate nõ
ficta: ꝛ dedit illis gloriaꝫ sem
piternã quorũ doctria fulget
eccl'ia vt sol ꝛ luna. ℟. Gaude-
te. Ad. ix. cp. Ex histo.
Isti sunt triũphatores
ꝛ amici dei q̃ ꝯtẽnentes iussa
pricipũ: p̃mia eterna pcipere
meruerũt mõ coronant' ꝛ pal
mã obtinẽt sempiternam. ℟.
Clamauerũt. Ad vs. ãe de laud.
cũ ps. de aplis. cpꝫ. Ex. histo.
Isti sunt viri sctĩ q̃ viuẽ
tes in carne vitã mũdi
cõtẽpserunt: ꝛ peruenerũt ad
premia regni: ꝛ lauerunt sto-
las suas in sanguine agni. ℟.
Ego suꝫ. hymnus. Exultet ce
Facta autem sunt hec visitante maria elizabeth Nam in ipso salutationis occursu quemadmodum euangelica patefacit historia: infans in vtero virtutem venientis expertus gaudio et exultatione replet. Magnum sane stupendumque miraculum: et quod omnia firme nostre salutis sacramenta complectitur. Ergo huic apostolica sedes non ab re festa celebranda constituit: vt vno eodemque religionis officio tametsi ratione diuerso: visitanti et visitate ac vtriusque pignoribus digni hodie a fidelibus deferantur honores. R. Felix marie vox Que dum corporis tetigit aures intus spiritum sanctificationis immisit. V. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Que. Lc.v.
Verum imminente tunc in ecclesia dei magna quadam scissura: que christi membra varijs sub pontificibus et longo quidem tempore vehementer afflixit: non ab omnibus vniuersim suscepta festiuitas est. Nec potuit in noticiam singularum ecclesiarum tam sancta atque salubris institutio peruenire: neque officium fuit psallendum in ecclesijs ordinatum quod vt par erat tante festiuitatis mysteria rationibus congruis et verbis sufficientibus explicaret. Quas ob res sixtus huius nominis quartus romanus pontifex: cui ea vel maxime deuotio cordi est inuiolate virginis festa sacris condecorare muneribus: pietatemque fidelium ad ea celebranda indulgentiarum elargitione prouocare: ad exornandam festiuitatem istam pietate religionis accensus: sedulo conuertit affectum. R. A cuius matre ioannes audiuit et vidit Et quem verbis salutare non potuit prophetico gaudio recognouit. V. Insinuauit illi gratia que natura nequiuit attingere. Et quem. Lectio.vi.
Hec itaque sixtus pontifex maximus sedulo animaduertens: omnium beate virginis festiuitatum: hanc vnam merito precipuam existimauit: que pro ratione mysterij et significatione sacramenti: ad implorandum eius auxilium imminentibus ecclesie necessitatibus pre alijs conueniret. Quamobrem pie ac religiose de communi filiorum salute sollicitus: auctoritate apostolica vniuersis eam ecclesijs statuit inserendam. Et omnibus qui illam cum deuotione suscipient: et quotannis christiana pietate cele-

brauerit atq; coluerint: si tñ primũ lachrimis ac penitẽtia salutari errata diluerit: de illius mia ꝛ largitate confisus cui⁹ vices in terris gerit singulis interessentib⁹ vtriusq; vespis/matutinis/ꝛmisse die solẽni ꝑ singulis ꝑdictaꝝ horarum qnq; annos ꝛ totidem quadragenos. Centũ ꝟo dies ꝑ vnaquaq; reliquaꝝ horarum de vera indulgẽtia et pctõꝝ remissione cõcessit. Et ne octaue fructu spũalis cõmercij fraudarẽtur: dimidiũ eaꝝ indulgentiaꝝ quas ĩ die concesserat: in singulis etiã octauaꝝ dieb⁹ vberioris grẽ largitat; distribuit. ℟. Reclusus ventre miles: cognouit regẽ suum Et in vtero parẽtis exiliẽs dñi euãgelizauit aduentũ. ℣. Vix em̃ erat illi spũs vite: ꝛ iã inerat spũs gratie. Et. In.iij.noct.ã. Elizabeth aũt repleta spũsctõ miraculũ sentiẽs/myſteriũ recognoscens magna voce clamauit. ps Cantate.i.f.ij.ãn. Bñdicta tu inter mulieres: ꝛ bñdict⁹ fruct⁹ ventris tui. ps. Dñs reg̃.exul. f.ij.ã Sub vmbra illi⁹ quã desiderabã sedi ꝛ fruct⁹ eius dulcis gutturi meo. p. Cãtate.ij.f.iij. ℣. Adiuuabit eã. l.7. ꝟꝫ lucã.j.

In il.t. Exurgens autẽ maria abijt ĩ montana cũ festinatione in ciuitatẽ iude: ꝛ intrauit in domũ zacharie ꝛ salutauit elizabeth. Et ꝛ. Hom. btĩ ãbrosij epi de ea. L. Morale est oĩbus vt q̃ fidem exigũt fidẽ astruãt: ꝛ ideo angelus cũ abscõdita nũciaret: vt fides astrueret exẽplo senioris femine sterilisq; cõceptũ ꝟgini marie nũciauit: vt deo possibile oẽ qđ placuerit ei assereret. Ubi audiuit hoc maria nõ q̃si icredula de oraculo: nec q̃si incerta de nũcio nec quasi dubitans de exemplo: sed quasi leta ꝑ voto religiosa pro officio: festina ꝑ gaudio: in mõtana perrexit. Quo cũ iã deo plena nisi ad superiora cũ festinatiõe conscẽderet: Nescit tarda molimina spũsſcti gratia. ℟. Duplici miracło licet honore diuerso ꝓphetant mr̃es spũ paruuloꝝ Et alter grãm infudit in alterũ: alter infusaꝫ ab altero recognouit. ℣. Ex ore infantiũ ꝛ lactentiũ perfecisti laudẽ: ꝓpter inimicos tuos. Et alter. Lectio octaua. Discite ꝛ vos sancte mulieres sedulitatẽ: quã pregnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariã que ante sola in intimis penetralibus versabatur/nõ a publico ꝟginitatis pudor nõ a studio asperitas mõtiũ: nõ ab officio ꝓlixitas itineris retardauit: in

montana vgo cū festinatiōe: vgo officij memor: iiturie immemor: affectu vigens nō sexu relicta perrexit domo. Discite virgines non circūcursitare per alienas edes/ nō demorari in platris: nō aliquos in publico miscere sermones Maria in domo sera: festina in publico/ māsit apō cognatam suā tribus mensibus. ℞. Ueteri sub lege ordinē suū nō potuit seruare natura. Qm̄ per nouam diuinitatis grāz: nouū saluti olim mysterium parabatur. ℣. Ultra legē nascētiū baptista dn̄i natiuitatē suā: gaudio ꝛ exultatione preuenit. Qm̄. Lectio. ix. Etem̄ que propt officiū venerat: ihererebat officio. Māsit tribus mēsibus: nō ꝙ domus eā delectaret aliena: sed quia frequēti⁹ videri i publico displicebat. Didicistꝫ virgines pudorez marie: discite humilitatē. Uenit ꝓpinqua ad ꝓximā. Junior ad seniorē Nec solū venit: sed etiā prior salutauit. Decet em̄ vt quāto castior virgo: tāto humilior. Nouerit deferre honorē senioribꝰ. Sit in gratia humilitatꝫ in qua est professio castitatis: est et causa pietatis: est etiam ꝛ causa doctrine. ℞. Beatā me dicēt oēs generatiōes Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctū nomē eius. ℣. Et misericordia eius a progenie et in ꝓgenies timentibus eum. Quia fecit. Glia. Quia. ps. Te deum. ℣. Benedicta tu in mulieribus sancta dei genitrix Et benedictus fructus ventris tui.

Ad laudes. añ. Ut vox marie elizabeth pulsauit auditū: vltra legē nascētium baptista dn̄i natiuitatē suā: gaudio et exultatione preuenit. ps. Dn̄s reg. cū ceteris. a. vij. añ. Natiuitatē suam prophetando preuenit: presentia dn̄i sanctificatus anteꝙ̄ natus. añ. Nōdum senserat spiritū vite: et loquente maria datus est illi spiritus gratie. añ. Insinuauit illi grā q̄ natura nequiuit attingere: ꝛlate ntem in vtero regem parētis euāgelizauit eloquio. añ. Ex secreto maternorum viscerū duo paruuli toti⁹ mundi gaudia futura preludūt. Cap. Ego quasi terebintus. Hym⁹. Fit porta. ore ē. in conceptiōe eiusdē. ad lau. ee vij. ℣. Elegit eam. añ. Surge propera amica mea/ colūba mea / formosa mea ꝛ veni: sonet vox tua i auribus meis: vox ei tua dulcis q̄ dn̄i aures mei corporis tetigit: latenti intra viscera puero spiritum sanctificationis infudit. ps. Bn̄dict⁹. oro vtš. Ad tertiā. Cpm. Ego quasi terebint⁹. ℞. Diffusa est gratia. ℣. Specie

tua. Ad vi. Cam. eccli. xxiiij.

In me gratia ois vie et vitatis: in me ois spes vite et virtutis: transite ad me omnes qui concupiscitis me et a generatioib⁹ meis implemini. R. Specie tua. V. Adiuuabit eã. Ad ix. Capitu. ibidem.

Spiritus eni meus sup mel dulcis: et hereditas mea sup mel et fauum: memoria mea in generatiõe scłorũ. R. Adiuuabit. V. Elegit eã. In scdis vesp. ãe. de laud. psl. Dixit dñs. Cõfitebor. Beatus vir. De pfundis. Memento. hy⁹ Aue maris stel. ãn. Beata sterilis que precursorẽ dñi senio ingrauescẽte concepit: beatior virgo que deum atq hoiem genuit vtraq miraculũ sentit mysterium recognoscit; sed elizabeth suum vertit in preconia visitantis: maria vtrũq refert in gloriam conditoris ps. Magt. Fiet commemo. processi et martiniani. ã. Isti sunt viri sancti quos elegit. ps. Exultent iusti. Oratio.

Deus qui nos sanctorũ tuoꝝ processi et martiniani confessionibus gloriosis circũdas et protegis: da nobis et eorũ imitatione proficere: et intercessiõe gaudere. Per. Cõmẽo. de apłis. ã. Petrus apłs et paul⁹ doctor gentiũ ipi nos docuerũt legẽ tuã dñe. V. In oẽm terrã. Oro. Deus qui hodiernã. an. 4. ¶ Scda die octauarũ legẽda. Lctõ pria.

Porro ptereũdũ eẽ nõ arbitror in hac festiuitate quatuor singulares psonas matres videlicet duas: suo vtramq cũ pignore vna sub celebritate venerari. Et qũuis inter eas diuersa ratio fuerit: variaq proportio. Nã pro diuersitate mensure gratiarũ atq virtutũ: iura quoq in eis variantur honorũ. In his tamẽ oẽ decus ecclesie ornamentũ omne: ac velut in summa vniuersũ specimẽ sanctitatis inspicitur. Lectio. ij.

Quippe hic saluator est: et primitie saluãdoꝝ. Et tu quidem si puritatem innocentũ queris habeto ioãnẽ. Si candorẽ virgineũ: mater dñi adest. Si deniq iuuat mãsuetudinẽ continentiã atq modestiam cõsectari: elizabeth respice. In qua patriarcharum quoq pietas: et religio cõmẽdatur. Uis postremo pphetarũ spm cernere et admirari lumẽ quo diuinarũ abdita rerũ: et ipi pertingere et nobis patefacere potuerũt: ioannẽ aiaduertito etiã in vtero prophetantẽ. Cui neq apłici ordinis dec⁹: neq euãgelistaꝝ glia defuit. Cõfessorq alm⁹

ꝛ annunciatoꝛ futurꝰ ꝟitatis imaculatā vitā impijssimi regis seuo mucrone finiturus: Quid plura? Sane hic L.iij noui ac veteris testamēti sacramenta si perscrutari libet cū maxime liceat inuenire ꝑfacile est. Nam ꝛ vmbrā illiꝰ: ꝛ ꝟitatē istius: vt āboꝛū vtiqꝫ limes vna existens festiuitas ista cōplectit. Quippe ad sacrū diuinitatꝭ archanū siue ꝑ fidē q̄diu ꝑegrinamur a dn̄o siue ꝑ speciem qn̄ peregrinatione ꝯsumata tandē reducti in patriā veniemꝰ: nusq̄ nobꝭ nisi per mariā aditus patet. Qn̄ igit ratio tota atqꝫ causa festiuitatis huiꝰ ab eiꝰ ineffabili salutatiōe ꝓficiscitur: mariā inuocantes in hūilitate fundati ꝛ radicati: ab ipa ꝛ a salutāte angelo dicenti pricipium faciamus. Post Bn̄dicamꝰ. de martyribꝰ .ā. Absterget deꝰ. bb.ij. De apl'is. ān. Gloꝛiosi principes. nn.vj. Adversiet cōmēo. de trāslatiōe sācti marti. ā O martine o pie. bb.3.

Deus qui populo ofo. tuo eterne salutis btm̄ martinū ministrū concessisti: presta q̄s: vt quē doctoꝛē vite habuimus in terris: intercessoꝛē semp habere mereamur i celis. Per. Cōmēo. de apostolis. ā. Inseꝑabilis fides passioqꝫ germana: laudabiles eos ꝑpetuā transmisit ad vitā: qm̄ doctrinā suā moꝛte foꝛtissima consecrarūt. ℣. In oēm terrā. Tertia die octauaꝝ. Lctō.j.

Gabriel celestis ille paranimphꝰ gabꝛiel: q̇ e toto celoꝝ excercitu ꝓ sui nois atqꝫ ꝟtutis ꝑrogatiua electꝰ est: q̇ diuine incarnationis sacramēta per oēs tempoꝝ vices sub vtroqꝫ testamento reuelaret. Ille inquit foꝛtissimus angeloꝝ archāgeloꝝ vertex: ꝛ vniuerse militie celestis vel ex hoc munire facile pꝛiceps cū ad ꝟginē destinatꝰ legatiōis paterne officio fūgeret: oꝛaculū cernēs: mentis virginis supare ad hūil' oꝛa ꝑmonē declināis: fidē dictoꝝ studuit ex sensibilibꝰ ꝑsuadere. Lctō.ij.

Potuit eni meminisse / scire potuit ille rebecce vel deniqꝫ rachelis: aut postremo anne illiꝰ que lachꝛimis sterilitate supata offerēdū dn̄o genuerit samuelē. Uerū hec ātiqua admodū erat ꝛ q̄ nisi mēs credat: ratio nō demōstrat. Que eīn assunt et quoꝝ ꝑfacile periculū facere in nr̄a ptāte cōstitutum: vehemētius mouēt ꝛ qm̄ negare nequeunt facillime possunt astruere de alijs pocioꝛibꝰ fidē ꝛ mētē firmiter stabilire credentiū. Lctō.iij.

Ea propter ad roborãdam credẽtis fidem: angelus elizabeth concepisse denũciat. Cui tamen nature viciũ z intempesta etas spem prorsus ꝓcreandoꝝ ademerat filioꝝ et vtrũ impedimẽtũ angelus ingerit ꝙ senio videlicet cõfecta esset z sterilis haberet: vt alterum ex altero ostẽdat difficilius z nõ exigua hec sꝫ vberi munerũ coaceruata cõgestu diuina beneficia ꝑsuadeat. Post Bñdicamus cõmemo. de sancto martino. ã. O beatũ pontificem qui totis visceribus diligebat xp̄m regẽ: et non formidabat iperij principatum: o martine dulcedo medicamentũ et medice o sãctissima aĩa quã etsi gladius persecutoris nõ abstulit palmã tamẽ martyrij nõ amisit. De aplis. ã. Gloriosi pncipes. vi. Ad vespas. ã. O gloriosi apli. aa. j. Quarta die.

Audiẽs autem maria cognatam grauidam. leta quidem ꝓ voto: sed multo letior pro miraculo: continuo de illius obsequio cogitauit. Subijt enim mentẽ eiꝰ cognate anus arescentibus ꝑ etate mẽbris exhausta virtus subiere lãgnores crebri: quos vteri onus solet afferre pregnãtibus: et quãqꝫ vegeto calẽtiqꝫ animo esset: vt ꝓprij corporis morbos fouere vtrumqꝫ posset. Quã tamen in fluctibꝰ aliene malus semp remigiũ querit z optatur pietatꝭ: debitũ censuit leuamina consolationis pregnãti exhibere cognate. Lectio .j.

Cumqꝫ ferueret in ea gratia dei: flagraret charitas: et obsequendi auiditas emineret: ad propinquã proxima ad anum iuuencula: ad ventris onere pregrauatam que nulla sensit fastidia ventris cũ festinatione perrexit. Sed secretiori virtute ab eo: citato ferebatur cursu: quem ventris armario deferebat. Festinabat quippe dominus in vtero constitutũ sanctificare ioãnẽ repleretqꝫ spiritusancto: vt a ventris parentis exorsus precursoris officiũ inchoaret: atqꝫ i hoc maria officiũ exhiberet. Et plena deo foras odorem videretur spirare celestem: virtutẽqꝫ simul cum voce depromere: ad ꝓximam cũ festinatione cõcessit: vt dextrã contingeret dextra. Et viuas possẽt sibi mutuo edere z reddere voces. Lc. ij.

Hinc ꝓo mariã neqꝫ asperitas neqꝫ itineris longiusculi discrimina retardare ab instituto potuerunt: quippe agebatur spũsancto: Lectio. iij.

ꝛ quādo īdefessi amoris igne succēsa ad cor altū accedens / humane vite consuetudinem videbatur excedere: nimirū si corpore spiritū consequente facile concaua valliū ꝛ montium iuga abruptaq̧ transcēderet. Uadit ergo / hierusalē petit: zacharie domū subit. Cognatā querit: et licet more maiorum potiores ab inferioribus salutari deberēt: nichilominus mater ipsa dei puri hominis matrē ac subinde ancillam dña humilitate preueniens in dño salutauit. De apostolis. ān. In regeneratione. aa. iij. Ultimo die apostolorū ad vespas sup ps. de die. ān. Hoc est preceptum. aa. iij. Capitulum.

Hi sunt ecclesiarum columne quos vita sanctissima venerabilez duxit ad mortē: et gloriosus occasus fecit illos esse perpetuos. hy⁹. Felix per oēs. nn. ij. ꝟ⁹. In omnē terram. ān. Isti sunt due oliue. vtš. ioānis ꝛ pau. mm. g. orō.

Deus cui⁹ dextera beatum petruz apl̄m ambulantē in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolū eius paulū tertio naufragātem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpicius et concede: vt amborū meritis eternitatis gloriam cōsequamur. Per. Cōmemo. de visitatione. ān. Adueniēte. nn. 7. Ad mat. hy⁹. Felix per oēs. Cetera vt in cōmuni suffragio apostolorū habeant cum homil. infrascripta. Lctō. j.

Adueniēte autē terribili tēpore consūmationis sctōrū apl̄orum petri et pauli / cū separarent ab inuicē: ligauerūt colūnas mūdi non vtiq̧ absq̧ fratrū gemitu ꝛ ploratu. Lectio scd̄a.

Tunc inquit paulus petro. Pax tecū fundamentū ecclesiarū: ꝛ pastor ouiū ꝛ agnorū xp̄i. Petrus autē ad paulum Uade inquit in pace predicator beatorū: ꝛ mediatorꝛ dux salutis iustorum. Lectio. iij.

Cum autem elōgassent eos ab inuicem: sequutus sū magistrum meū. Non em̄ in eodem vico occiderūt eos. Ue michi ammodo cessauit concursus discipulorū vestrorū romā veniētiū ꝛ q̄rētiū vos. Lectio. iiij.

Iam nemo dicturus est. Eamus ꝛ videamus doctores nr̄os: et interrogemus qualiter nos regere oporteat ecclesias nobis commissas: ꝛ interpretabūtur nobis precepta domini nostri iesu christi: et eloq̄a prophetarum. Lectio q̄nta.

Hierusalē z roma praua amicicia: equales facte sunt i malo. Hierlm crucifixit dn̄z nostrū iesum xp̄m. Roma vero eius apl'os interemit. Hirlm fuit ei quē crucifixit. Roma aūt solēnizādo glificat quos interemit. Lectio sexta.

Attēde miraculū vide prodigiū frater dilecte dei victimationes eoꝝ. Nā presto fui in tēpore separatiōis eoꝝ. Et post mortē illoꝝ: vidi eos inuicē manu ad manū introeūtes portas vrbis: indutos vestes luminis z coronis claritatis z lucis ornatos. Rc. vij.

In il. t. Scdm mat. xiiij. Jussit iesus discipl'os suos ascēdere in nauiculā: et precedere eū trāsfretū donec dimitteret turbas. Et reliq.

Homil'. beati augusti ii epi.

Cū sanctū euāgeliū legeret audiuim⁹ nauiculā periclitātem: xp̄m periclitātib⁹ subuenientē: petrū venienti xp̄o occurrētē in quib⁹ oibus miraculū expectam⁹: mysteriū requiramus. R̷. Isti sūt duo viri. Require ioānis z pauli. iiii. l.

Ascēdit ergo dn̄s nr̄ lc. viij. iesus xp̄s in mōtē sol⁹ orare. Mōs altitudo est. Quidnā in hoc mūdo altius celo: q̄s vero in celū ascendit: optime nouit fides nr̄a. Cur aūt sol⁹ ascēdit: quia nemo ascēdit in celū nisi qui descēdit de celo: filius hois qui est in celo. Nā z in fine cū venerit z suos secuz in celū leuauerit: etiā tūc solus ascēdit quia caput cum corpore suo vnus est xp̄s. R̷. Isti sūt due oliue z duo candelabra lucentia ante dn̄m habēt potestatē claudere celū nubibus et aperire portas eius. Quia ligue eorū claues celi facte sunt. V̷. In oēm terrā exiuit sonus eorū: z in fines orbis terre verba eorū. Qr.

Nūc autē solū caput lc. ix. ascēdit mediator dei z hoim: xp̄s iesus ipse ascendit solus orare: q̄ ip̄e ad patrē p nob; interpellat. Uerūtamen kiml cū ip̄e orat i excelso: nauicula turbatur fluctibus in pfūdo. Nauicellā istā fratres ecclesiā cogitate: turbulentum mare/hoc seculū: q̄ surgente fluctu potest hec nauicula turbari: sed quia xp̄s orat: nō pōt submergi. A qua submersione ip̄e eā ineternū liberet: qui viuit z regnat i scl'a scl'orū amē. R̷. Ciues apl'oꝝ. aa. iij ps. Te deū. V̷⁹. Annūciauerūt. Ad lau. āā. Hoc est preceptum meum. aa. iij. cp̄. Hi sūt ecclesiaꝝ. hy⁹. Aurea luce. iiii. iiij. V̷. Nimis honorati. ān. Isti sunt viri sancti. aa. viij. Ad tertiam Capl'm. Ecclesiastici. xliiij.

Hi sūt viri mīe quoꝝ iusticie obliuionē nō acceperūt: cū semine eoꝝ pmanent bona hereditas sctā nepotes eorum. Ad.vi. ibidem.

Corpora sctōꝝ in pace sepulta sūt: ꝛ noīa eoꝝ viuēt in secula. Ad.ix. ibidē.

Sapiētiā eoꝝ narrabūt oēs populi: ꝛ laudē eorū pnūciat oīs eccłia sctōꝝ.

Cū vero hec dies in dñica occurrerit: vespinū officium cū noctnali: necnō ꝛ diurnali pleniter cū.ix.lc. agat de eisd apłis quēadmodū in suffragio apłoꝝ notant: istis tamē adiūctis q̄ i vltio die oct. describunt. ¶ Cū dñica fuerit infra octa. visitatiōis. Lec.i.

At vero vt salutantis vox salutate pulsauit auditū: res dictu mirabilis: mirabilis itē cogitatu spūalis virt⁹ in cor audiētꝫ illapsa est. Ille quidē ignis qui paulo āte a sūma celi arce demissus p os gabrielis aurē virginis penetrauerat: rurs⁹ ꝟginis ore elizabeth pcordijs īfundit: atq3 ad paruuluꝫ vsq3 perueniēs: matrē ac sobolem amore aduenietis accendit. Tūc aūt repletus est spūsctō ioānes: nō em̄ fuerat ante replet⁹ nō emūdat⁹ a labe que oēs filios ade vna eadēq3 lege tenet obnoxios: donec assisteret q̄ xp̄ꝫ gerebat in vio.

Nec mora q̄dē aduēt⁹ lc.ii. marie: et dñi pñtie mysteria referant. Nā vt vox salutantis insonuit: exultauit infans in vtero salutate. Siquidē salutantis ꝟba prior elizabeth audiuit: sed grē mun⁹ exhausit prior ipe ioānes: pcessit illa ordine tpis: ordine pfectionis iste puenit. Qm̄ illa marie tantū: iste aūt ꝛ mrīs ꝛ filij sensit aduentū. Acuti⁹ parēte ppheta intuet sublimiusq3 audit: pphetatūq3 mirabili⁹ consalutat. Uerū qm̄ ꝟbis re fundere neq̄t saltat i vtero: ꝛ qđ maxim ē exultat i gaudio.

Quis queso nouit vni lc.iii. quā tripudiū natiuitate antiquis? Nēpe insinuauit illi tūc grā que nature ignota erāt: vt inclusus ventre miles dominū ac regem suum nō oculis corporis: sed spiritu recognosceret. Audiuit nāq3 verba domini p os ꝟginis pertonantis: et in vtero matris exiliens in occursum ei⁹ gestiuit erūpere. Elizabeth autem mulier quideꝫ senex: sed mater noua spiritusancto repleta est. Etenim de plenitudine filij: in parentem plenitudo manauit. Donaq3 celestia intra cordis archanum

continere nõ valens spũ: feruentissimo magnã erupit in vocem. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Lectio. iiij.

EAdem eñ voce maria ab elizabeth atq ab angelo benedicitur: vt angelis simul ꝛ hoib⁹ venerãda monstretur. Et vere sola inter mulieres bñdicta perhibet: que omnib⁹ sub maledicto natis ac nascituris benedictionem atq salutem erat viris ac mulieribus paritura. Nulla eñ pura creatura tãte particeps gratie fuit nec futura ẽ: quãdoquidez ceteris ꝑ partes sz huic vni tot sese infudit gratie plenitudo. Cui ei aliqñ nõ iam hominũ dixerim: sz etiaz angelorũ dictũ legim⁹. Aue gr̃a plena dñs tecum. Et rursum. Spiritussanctus superueniet in te: ꝛ virtus altissimi obũbrabit tibi. Lectio qnta.

Nempe conditor celi terreq hanc solam elegit quaz in terris iure posset appellare parẽtẽ huic se subditũ prestitit filiũ: cõiunxq facta ẽ pr̃is eterni cõmunẽ cũ eo habens vnicũ natũ. Nam quẽ genuit ille in eternitate sine matre: ista in tempore sine patre cõcepit. Mater ergo dei ẽ/genitrix verbi: vtero illũ gestãs qui vniuersa palmo complectitur. Et alie quidem mulieres filios gignunt peccato infectos: ire obnoxios hinc dicitur. Et bñdictus fruct⁹ vẽtris tui. Quoniã sine ardore concupiscẽtie genitus: absq labe ꝯceptus: inuiolato claustri pudore nasciturus erat.

Porro aliarũ mu- Lctõ. vj. lierũ soboles cũ suscepto semine generentur manib⁹ tribuũtur. Iste solus fruct⁹ materni ventris dici merito potuit: quẽ sine semine de spiritusancto mater sola virgoq cõcepit. Hic inquã fruct⁹ ille est: in quo gentibus oib⁹ longe ante fuerat repromissa benedictio: ꝛ de quo propheta in psalmo preloquitur. Ecce hereditas domini: filij merces fructus vẽtris. Hunc ergo fructũ nondũ tamen exclusuz ab arbore priusq legeretur e virga que de radice iesse preclarã traxit originẽ: elizabeth spiritu erudiente recognouit ꝛ ait. Unde hoc mihi/vt veniat mater dñi mei ad me? ¶ De sancto thoma. ãn. Hic est vir qui non est. aa. v. Ad matutinas. Beatus vir. N. talẽtorũ. aa. vj. Oratio.

DEus qui nobis translationez beati thome martyris tui atq põtificis celebra-

re concedis: te supplices exoramus: vt eius precibꝰ: ⁊ meritis a vicijs ad virtutes: et a carcere transferamur ad regnū. Per. ¶ Sanctorū in selio ad primas vespas aū. Gaude felix hybernia tue regine gl'ia mundi regnum spernētis qua patrona noruegie freta cum turma socia nutu dei viuentis. ps̄ de die aū. Ex hybernis proscribe ris dum pro fide catholica tu cū tuis zelaris fac nos fermenti veteris extorres: deo supplica q̄ tot auxiliaris. aū. Cum sis profecta peregre fide merer patriā repromissam renatis iunge nos deus integre per vite sanctimoniam mōte martyrizatis. aū. In hac sctā familia tu princeps virgo regia bergensium patrona: que domās in ieiunio carnem mundo demonio victis fulges corona. aū. Spirituales nuptie christi martyrū hodie in celis celebranf: licet nobis sint annue tibi iesu continue: duc nos vbi letātur. Capl'm. Si coram hominibus. aa. viii. R O summe mira cōstātia quā non mouet regnandi gloria: nec horrenda frangunt exilia. Spaciosa nec terrent maria. V. Hanc immēsa sequens familia nulla flecti valet iiuria. Spaciosa. Gloria. Spaciosa.

Eterna hymnꝰ. xp̄i munera lauda mat ecclesia/q̄ martyrū p vulnera te stola vestit regia. Regum descendens stipite celi scādit ad atria: sacro stipata milite sunniua regis filia. Carnem domant cilicio quondam vestiti mollibus: delitias exilio crebrisq; risum fletibus. In his rosa cum lilio nupta felici copula: sacro rubet martyrio ruga carēs ⁊ macula. Trino deo ⁊ simplici laus honor virtꝰ gloria/q̄ martyres multiplici glificat victoria. amē. V. Letamini aū. Adest dies immensi gaudij quo cum turma miri martyrū reginarū decus ⁊ gloria regum regis intrat palacia. ps. Magnificat. Oratio.

Supplicationibus nr̄is domine aures tue pietatis iclina: vt qui beate sunniue virgis ⁊ martyris sociorūq; elꝰ merita recolimꝰ: eorum tueamur precibus: et ab omnibꝰ liberemur aduersis. Per. Inuitatorium. Ad selien sium sacra solēnia. Plaudat fidelium mater ecclesia. ps. Uenite In primo nocturno. aū. Secꝰ decursus fluminū plantat iustoꝝ vineam: qui martyrum ⁊ virginū aptat agoni laureā. ps. Beatꝰ vir. aū. Sors felix huius populi migrantis monte selio qui sprenit plausum seculi plaudit in dei filio. ps. Quare fremuerūt. aū. Uiperarū genimina oderāt san

ctos dei quos virtus intermina eterne requiei. ps. Cũ inuocarem. h. ii. v. Letamini. Lectio .i.

Tempore magnifici imperatoris ottonis primi: erat in partib⁹ hybernie regali stirpe ꝓgenita beatissima sunniua. Que pr̃e mortuo: regnũ iure hẽditario regẽdũ suscepit. Hec studio boni patris in fide christi instructa: populum sibi subiectũ vigilanter retrahebat a noxis. Sãctitate quoqȝ vite ꝛ morũ honestate ad exercitia bonorum operum inuitabat. Erat ei erga cultum religionis catholice ecclesiarũqȝ subsidiũ affectio maxima. Erga opp̃ssos ꝛ pauperes mira compassio. Et deuotionem quã in iunioribus ãnis sub patris potestate mens christo sacrata cõceperat: iam ad annos maturiores perueniens: suiqȝ iuris effecta: sanctis exemplis et pijs operibus monstraret. Dignaȝ reputãs ꝙ sicut alijs honore prestabat: ita ꝛ virtutum exercitijs: ꝛ mie operib⁹ quasi lux preuia anteiret. R. Manũ virgo mittit ad fortia spernit opes spreuit imperia. Sed et thori spreuit consortia cum turma socia. V. Pollens virtutibus et pellens vicia paternis vrbib⁹ prefert exilia. Sed. Lectio .ii.

Sanctitatis eius ꝛ generis forme quoqȝ et rerum fama late diffusa: ad cuiusdam tyrãni notitiã peruenit. Hic a maligno instigatus terram virginis hostiliter iuadẽs: violenter etiam opprimens iure nephario deuastabat. Tãdẽ promittit varia: ꝛ blandis ꝑsuasiuisqȝ sermonibus eã alloquitur / vt ei qui sic potens: ꝛ strennuus erat: thori cõsortium non negaret. Minabat quippe se totam terram cum indigenis si sue voluntati nõ acquiesceret: ad vltimum exterminium deducturum. Illa vero diuino amore succẽsa nõ illecta blandicijs: nec minis perterrita. Considerans etiam periculum diuitiarum labentium / magis elegit exilium ꝙ̃ viro sacrilego copulari. R. Freta dei consilio cũ suis virgo regia dum tristem locuȝ selio post transitum per maria intrat pro patris solio. Sub vita solitaria. V. Frigus / estus / sitis ieiunia. sanctos probant in patiẽtia. Sub vita. Lectio tertia.

Illa vero cum suis consilio inito: requirit quid e duobus eligerẽt: aut causa seruande sacre fidei: continentie secum patriã reliquere: aut ibi viuẽtes ꝑnicit sub maligni tyranni dominio permanere. Cum

ergo multi dono dei preuenti famule dei domine sue tam morum imitationis: q̄ comitatus itineris elegerint p̄bere solatia. Ipsa cum socijs sue tribulatiōis q̄ pluribus viris mulieribus et paruulis vitans huius seculi fluctus / fluctuum maris se committens discrimini: cum tribus nauiculis versus partes aq̄lonares tēdens: inter vndas iter arripuit. Voluntati diuine se suaq̄ committens sine remis: et alijs nauis vtensilibus: mare simul et exilium confidenter ingreditur. Ceterum mirabilis deus in alt⁊ dominus / cui venti et mare obediūt: in se cōfidentes ab īnani periculo: et a mirabilibus elationibus maris illesos: et incolumes reseruauit. Rem. O summe. supra ad vespe ras. In secūdo nocturno. an. Vbi orthodoxi latria scuto benignitatis fulgēt: fidei gratia spei: ⁊ charitatis. ps. Verba mea. c. v. an. Vbi montibus sub insule sunt sancti comminuti: sed supra montem specule congaudent cōstituti. ps. Domine dominus noster. a. ij. an. Cedunt in fine finibus: vt abrahā de paternis ꝓ mundanis affectibus gratulātur eternis. ps. Conserua me do. a. iiij. v. Exultent iusti. Lcō. 4

Tandem cum post trāsacta longa maris spacia: ad partem illaꝫ noruegie que a vulgo ferdorum prouīcia nuncupatur: gloriosa illa comitiua domino ducente p̄uenit. Huius prouincie incole rationis alieni: cultu siluestres: moribus īcompositi videntes sanctos dei finib⁹ suis appropinquare: continuo congregato exercitu: tanq̄ ad latrones: cū gladijs ⁊ fustibus exeuntes: cum eos cōprehendere non possent procul a terra cum sagittis: et lapidibus expulerunt. Erant eniꝫ gentilitatis errore excecati: et lumen veritatis infirmis oculis aspicere nō valebāt. Iterato igitur sancti dei pelagi coguntur inire discrimina: tempestate exorta / corporali presentia separātur: q̄ mente ⁊ spiritum separari nō norūt. Rem. Huius sacri palacij patrona iploraris: ad preces gregis anxij libens sollicitaris. Ne manus hostis impij nos turbet tuearis. V. Nec reos nos iudicij consilij incendij sis via salutaris. Nec manus hostis impij. Beata igitur Lectio quinta sunniua fluctuuꝫ turbatione sedata: cum maiorū parte sociorū ad insulā cui nomen sello applicuit: ibiq̄ māsiūculā

faciens in speluncis et cauernis terre: pre timore gentium habitauit. Reliqui vero socij ad aliam insulam applicātes que kyn a vulgo nomen accepit simili modo manserunt ex captione piscium vite sibi necessaria acquirētes. Eo tēpore comes haquinus de ladum omni tyrāno crudelior: in populū sibi subiectum deseuiens sceptra regni norue gie violēter adeptus ē. Sub hoc principe tempus nō modicum in predict℥ insulis sancti dei commorantes domino iesu christo in multa abstinentia: et paupertate castitate et vite sanctitate seruiebāt. In his insulis nondum indigenarum habitatio erat: sed qui in terra adiacēti degebāt pecora sua in pascuis ibi habuerunt. Contigit autē sepe pecora non omnia a possessoribus inueniri: furtiue a sanctis frustra suspicantur ablata: multas iniurias eis intulerunt. Et venientes ad predictum comitem: rogabant vt superueniens cū exercitu: famulos dei trucidaret. R. Olī vestita mollibus sunnina: cū familia post hec ciliciata. In quam iactis lapidibus ex inaudita furis gens seuit insensata. V. Uirgo degit sub rupibus in fame voluntaria et carne macerata. In.

Malignus igit comes Lc. vi. filius iniquitat℥: membrū diaboli ad flagitia velox / iniquis petitionibus acquiescens: cū armato exercitu ad prefatam insulam properabat: vt sctōs dei si iuenire posset extinguere et. Sancti hec videntes specus suos intrabant / orantes cū lachrimis dn̄m: vt animabus suis requiem eternā daret: sepulturam vero corporibus sub scopulis sup eos cadentibus angelico preberet officio. Sicqʒ factū est. Scopuli martyres oppresserunt: et sanctorum animas malefactorū subtractas iniurijs celo reddidit. Sicqʒ regis filia et eius comites: qui fuerunt socij tribulationis: consortes effecti gaudij: de cauernis petrarum adducuntur ad palatium regis sempiterni. Predictus tyrānus cum multitudine paganorum / explorata diligenter insula: sanctos nō inuenientes: obstupefacti cū ammiratione non minima recesserunt. R. Innocentes deuote viuere captant: querunt desertum propere. Quos infestant coloni temē credūt lupos sub agni vellere. V. Saluat verbum incarnatum hos agentes celibatum. Quos. In tercio nocturno. a.

Caput sub luce proditum: preter vires nature prodit locum inco- gnitum sanctorum sepulture. ps. Domini est terra. b.ij. añ. Vis ex viuis palmitibus dat fructus gratiosos: vitis tollês fidelibus excessus scelerosos. ps. Beati q̃- rum. c.ij. añ. Te decet rex hym- nudicis laudib9 adorari: qui san ctos de te reficis calice salutari. ps. Te decet. ℣. Mirabilis. Lectio. vij. s̃m Mattheũ. x.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ni- chil opertum est quod reue- labitur: et occultum quod nõ scietur. Et reliqua. Prefat9 comes transacto tempore / a seruo suo miserabilr interimi- tur: accipiens a summo iudi- ce dignam meritis suis sentẽ tiam. Regnum regendũ nor uegie post hoc suscepit xp̃ia- nissim9 rex olauus fili9 tryg- gonis regis: cuius industria gens noruegie abiecta ido- lorum seruitute per venerabi lem virum siguardum episco pum xp̃iane fidei sacramẽta percepit. Accidit eo tempo- re cum quidam mercatores / circa predictaȝ insulam sello nauigarent: viderunt in lito- re maris quasi colũnaȝ clare lucis vsq3 ad celum porrectã fulgere. Admirantur appro- pinquãtes columnel ucis: ca- put humanum / sub ipsa luce chorusçare inueniũt. De quo mire fragrantie odorem sen- tiũt redolere. ℟. Turbare tur bam virginum comes haquinus nititur: feralia libidinum edicta amplectitur. Membrum mortis: vir sanguinum frustratus spe cõ funditur. ℣. Dum hec preces ad dominum fudit virgo protegitur spe fide sponso virginum sponsa cum suis iungitur. Mẽbrũ. L. viij.

Ceperunt mercatores the- saurum tam venerabilem oi- bus mercimonijs suis icom- parabilem sacrum caput. Et cum timore et reuerentia in- de nauigantes: versus tron- demiam regeȝ gloriosissimũ inuenerunt. Erant autem pa gani mercatores predicti: sȝ dulcis verbi dei ammonitio- nibus: per regem se libenter obedire vouebant. Instructi in fide baptizabãtur per pre- fatum pontificem. Et in pre- sentia venerabilis antistitis / christianissimo regi de colũ- na luci quã viderant: et de ca- pite quod inuenerant fideliẽ narrauerunt. Jussu regis ca- put allatum est: quod reuerẽ- dus põtifex sacris manibus / deuote suscipiens: in magna veneratione cum sanctorum reliquijs recõdebat. ℟. Ne fe det furor gentiũ cõcentum inno-

centium ad montem properatur subit vltro martyriuз. Uirgo sub mole mōtium cum suis victimatur. ℣ Post cursum presens stadium celeste per obsequium sunniua laureatur. Uirgo. Lectō. ix
Fiunt plures martyrum xp̄i testes. Jamq̄ȝ sue sanctitatis inter preces dignantur habere: quos ātea persecutores infestissimos habuerunt. Plures enim de eadem insula venientes ad regeз: id qđ priores viderant: se quoq̄ȝ vidisse sepi⁹ asserebāt. Hortatu igiť beati pontificis rex deuotus ad memoratam insulam: cum multitudie fidelium nauigio deueniens. Inuenit montem in occidentali plaga non modicum ante corruisse. Hūc locum rex ꝛ ep̄s perscrutantes: inter saxa bōi odoris ossa reperiunt. Constructa ibi ecclesia ac consecrata: signa ac virtutes operatur deus per merita sanctorum suorum vsq̄ȝ i presentē diem: xp̄iani vero cū sedule ossa sanctorum qua reperiri poterāt congregarēt: inueniunt integrum corpus beate sunniue ṽginis ꝛ martyris: qđ tandeз cum magno honore in scrinio collocatum est. Anno gratie nongentesimo nonagesimo sexto Trāsacto multo tempore venerabilis memorie paulus bergēsis episcopus: reliquias sancte sunniue de insula selio ad ciuitatem bergensem transtulit. Anno domini millesimo centesimo septuagesimo. Et in cathedrali ecclesia eiusdeз ciuitatis septimo idus septēbris collocate sunt: ad laudeз dei omnipotentis. ℟. Ubi sancti tabernaculum sunt dei cū hominibus quod iesus consecrauit Per quod nobis piaculum deletur debitoribus: et hostis exulauit. ℣. O sublime spectaculum/ q̄ȝ libenter in talibus rex iesus triumphauit. Per quod. Gloria patri. ps. Te deum. ℣. Justorum anime. In laudibus. ān.
Per muruз matris gremio cadens extictus: cernitur parenti puer selio per sanctos viuus redditur. ps. Dominus regnauit. ān. In sunniue basilica pernoctans: ceca nata gaudens luce mirifica virgo redit sanata. ān. Uir turris cono corruit sancti saluant cadentem muro turbo reposuit fenestras facientem. ān. Matrona paralitica / ad hos sanctos accessit: domuз ope dominica incolumis recessit. ā. Carybdi nauis lediť sunnius ꝑplorať onusta manat: mergitur dum hec euacuatur. Capitulū.
Si corā hoibus. Hy⁹. Deuotum fide populuз

educauit hibernia: qui sellen sem scopuluz petit pro domo regia. Uolens subit exilia / iterando solitudinem: vt sit nobis lux preuia / dat eternam dulcedinem. Per hos fame vigilijs / libertas carnis teritur: et sedulis suspirijs mens in superna rapitur. Hos de tyranni manibus / ruina montis eripit: et iubilans in laudibus / celestis aula suscipit. Trino deo et simplici laus honor virt^9 gl'ia q̃ martyris mlt'iplici gl'ificat victoria. amen. ℣. Exultabũt sc̃ti. an. Ponte cadẽs virgo colliditur: vt curetur a sanctis petitur: recidiuat dum votũ frangitur / voto sospes grato regreditur. ps. Benedictus. an. Ex hybernis superna bõitas sanctos misit per maris semitas vnde nobis fidei veritas crescit: cessat erroris cecitas. ps. Magñt.

¶ In octaua visitatiõis beate marie. Lectio p'ria.

Non ignorabat elizabeth operationem esse spiritussancti: q^9 eaz mater domini visitaret. Uerum hoc non sui meriti: sed diuini muneris esse cognoscens. Unde inq̃t hoc michi: hoc ẽ qua iustitia: quibus meritis? Miraculuz sentio: mysteriuz recognosco sacrarium trinitatis aduenit templum spiritussancti adest. Presto est spectaculum angelorum: spes vnica mundi refulget: cuius me incredibili ẽ cõsolatur aspectus: obtutus recreat: verba reficiunt. Naz vt facta est vox salutationis eius in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo.

Lectio .ij.

Quid enim hoc miraculi fratres? Que tanta nouitas gaudiorum? Nemo in hoc mũdo nascitur ridens. Nemo limen vite: nisi cum lachrimis auspicatur: et quasi malorum primitias: lachrymis degustamus. Inter ipsa quoqꝫ cunabula nascẽtis infantie: et in ipso vite vestibulo: quid queso nobis de mundo: nisi fletus occurrit? Et tamen baptista domini vltra legem nascentium natiuitatem suam: gaudio et exultatione preuenit. Quis vidit vnquã tale: aut quis audiuit huic simile?

Lectio tertia.

Uerum sensus iste totuz pene detrahit: quicquid dignitatis atqꝫ ammirationis habet diuini operis magnitudo. Cum tamen exultationem istam inusitatam fuisse / ac nouam: et admirabilem nemo non videat: quandoquidem / in vtero facta est: et in ei^9 aduentu: que oim saluatorẽ fuerat paritura. Quocirca ve-

ram exultationem fuisse et tā-
q̄ȝ matri domini redditam re
salutationeȝ proculdubio fa-
tendum. Sed an facta fuerit
diuinitus in infante/ vel hūa
nitus ab infante: maximo illi
ac prope diuino viro augusti
no diffinire non placuit: tam-
etsi vtrūqȝ possibile et inter di
uina miracula cēseat compu-
tādum. Lectio quarta
SEd hic ordinem suū ve
teri sub lege non potuit natu
ra seruare: quoniam per no-
uam diuinitatis gratiam: no
uum saluti omnium mysteri-
um parabatur. Quamobreȝ
refellēda prorsus eorum sen-
tētia est: qui exultationē hāc
infantis in vtero talem arbi-
trati sunt: qualem non paruu
lis modo verūctiam in peco-
ribus euenire sepe videmus:
que neqȝ ex fide neqȝ ex reli-
gione/ aut quauis rationabi
li conditione proficiscitur: ad
quem sensum detorquere cō-
tendunt: q̄ elizabeth nō inq̄t
exultauit in fide/ vel religiōe
sed exultauit in gaudio infās
in vtero meo. Lectio quinta.
At vero quoniam per tēpo-
rum incremēta pleraqȝ nobȝ
ecclesie auctoritate patuerūt
quorum veritas nō satis fue-
rat superioribus temporib⁹
explorata: iaȝ nunc incunctā-
ter vtrūqȝ teneamus: et q̄ pu-
er ille diuinitus motus sit: et
q̄ ipse diuinum in se motum
fuerit etiam humanitus con-
secutus. Aperuit eniȝ illi do-
minus autem: vt propheta i-
quit: et ipse non contradixit:
retrorsum non abiit quin vē-
tris sub tentorio licet occlus⁹
credendo et confitendo: non
verbo sed re: in vtero virgi-
nis christum recubantem do-
minum recognouit. Hic si ra
tio queritur nichil ē admira-
bile: si exemplum poscitur: ni
chil ē singulare: fateamur de
um qui de nichilo ꝯdidit ho-
minē: accelerare potuisset ra-
tionis et voluntatis vsum in
homine: vt prius deo q̄ȝ sibi
viuens/ vel ad breuissimū tē-
poris morulam cognoscere/
credere/ confiteri dominum:
posset euenire. Lectio sexta.
Atqȝ vt gabrielis archange
li ad mariam loquētis exem-
plum imitemur: qui credētis
fidem: preeuntis attestatiōe
miraculi ꝯfirmauit. Nos q̄qȝ
huius miraculi fidem ex aliis
miraculis astruamus. Et pri
mum quidē meminisse iuuat:
nichil minus habere miracu
li: si homo vita iam defunct⁹/
rursum vite restituatur hūa-
ne: q̄ȝ si vsu accelerato ratio-
nis ante diuinū spiritū cepit

q̃z editus vtero vitales hau-
serit auras. Et tamē illud he
lisei ossa sua fecere contactu:
vt sacra libri regum historia
refert. Quis ergo non vide-
at multo amplius hoc presen
tiā facē potuisse marie: q̃ verbo
feta: deo plena: virtutem i vo
ce latentis diuinitatis obdu-
xit. Lctō. vij. Scdm Lucā. i.
In illo tempore. Exur-
gens autē maria. nn. 8
Et in die cum homilia sequē
(te lectiōis eiusdē.
Magnifi-
cat anima marie dominum: et
exultauit spiritus eius in deo
eo q̃ et aia et spiritu: patri filio
q̃z deuota: vnum deuz ex quo
oīa et vnū deum per quē oia:
pio venerer affectu. Nec ocio
sum videtur q̃ et ante ioannē
elizabeth prophetat: et maria
ante domini generationem.
Serpunt enim iam tentamē-
ta salutis humane. Naz sicut
peccatum a mulieribus cepit
ita etiā bona a mulieribus in
choātur: vt femnie quoq̃z mu
liebria opera deponentes: in
firmitati renūciēt: et aia q̄ non
habet serum: vt maria que ne
scit errorem: religioso imitet
studio castitatem. Lctō. viij.
Mansit autem maria cum il-
la quasi mensibus tribus: et
reuersa est i domū suā. Bñ i-
ducit maria sctā: et exhibuisse
officium: et mysticum numerū
custodisse. Non enim sola fa-
miliaritatis ē causa q̃ diu mā-
sit: sed etiam tāti vatis profe-
ctus. Nam si primo ingressu
tantus processus extitit: vt
ad salutationem marie exul-
taret infans i vtero: repletur
spiritu sancto mater infantis
q̃ztum eis vsu tanti temporis
sancte marie addidisse presen
tiam. Mansit autem maria
cum illa mēsibus tribus. Un
gebatur itaq̃z et quasi bonus
athleta exercebatur: vngebatur i
vtero mr̃is ppheta. Amplissi
mo virtus eius certamini pa
(rabatur.
Deniq̃z Lectio. ix.
tamdiu mansit maria: q̃zdiu
elizabeth pariendi tempus i-
pleret. Quod si diligēter ad-
uertas: iuenies hoc nusq̃z po
situm: nisi in generationi-
bus iustorum. Deniq̃z impleti
sūt dies: vt parēt maria. Im-
pletū tp̄s vt peret elizabeth.
Impletū est tempus vite: cū
sancti viri ex hoc vite curricu
lo demigrarēt. Plenitudinez
vite iusti habent: inanes autē
dies sunt impiorū. ¶ Septē
fratrum ad vesperas. In euā
gelio. ān. hec est vera fraterni-
(tas. aa. viij. Oratio.
Fraterna nos domine
martyrum corona letificet: vt
et fidei nostre prebeat incita-

menta virtutum: ⁊ multiplici nos suffragio consoletur. P. Solita fiat ꝯmemoratio. Inuitat. Uenite adoremus. lcõ. i.

BEata felicitas septem filios habuit: quos sic post se timuit viuos relinquere in carne: sicut carnales parentes solẽt metuere ne mortuos premittant. In persecutionis enim labore deprehensa: filiorum corda in amorem superne patrie predicãdo roborauit: et parturiuit spiritu: quos carne pepererat mũdo R. Hec est vera fraternitas. bb. i cum ceteris. Lectio secunda

TImuit viuentibus: gauisa est morientibus: optauit nullum post se relinq̃re: ne si quẽ superstitem haberet: non posset habere consortem. Filios non poterat sine dolore videre moriẽtes: sꝫ erat vis amoris interior: que dolorem vinceret carnis: ⁊ pro amore celestis patrie: mori corã se voluit quos amauit. R. Propter testamentum. Lectio tertia.

FUerũt autem isti septẽ fratres ianuarius: felix/ philippus/ siluanus/ alexander/ victor: et marcialis/ sub ꝑfecto vrbis publio/ tẽpore antonini principis primũ auditi: deinde p varios iudices: variis suppliciis laniati. Ex quib⁹ ianuarius post verbera ꝟgarum et carcerem: plumbatis occisus. R. O veneranda martyrum. ãn. Isti sunt angelica soli dati charitate martyres/ iclita sãcti septeꝫ fratres: quorum germanitas a christo iter immania fuit fulcita tormẽta: omnes ergo precamur vt eorum intercessionibus ad dominuꝫ subleuemur. Commẽoratio solita. ¶ Trãslatio sancti benedicti. ãn. Confessor domini. bb. iij. Oratio.

INtercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis tibi cõmendet: vt qđ nostris meritis non valemus eius patrocinio asseq̃mur. P Inuitatorium. Regem confes. Reia. Iste est qui ãte deũ. bb. vj. Magnificauit. Iustũ deduxit. ãn Euge serue bone. bb. v. Lcťõ. i.

ABbas floriacẽsis monasterii nomine num̃mol⁹: reperit i libro beati pape gregorii: quomodo sctũs pater benedictus in beneuẽtana ꝓuincia: cursum vite feliciter consummauit. Et quia idem venerabilis pater ꝓdixerat ipsum monasteriũ funditus esse euertẽdum. Cupiens itaqꝫ ope implere que sibi in spiritu ꝓmonstrata fuere: misit vnum ex cõmilitonibus suis noĩe aguilfum ad supradictuꝫ locũ: vt inde trans=

ferret corpus patris benedi-
cti: fuit itaq ipse aguilfus vir
venerabilis: ac deo in omni-
bus deseruiēs. Lectio secūda.
Igitur aguilfus venerabi-
lis patris preceptis obtēpe-
rans: peruenit ad locum: qui
vocatur cassinum. Ibiq pro
uidente diuina clementia no
cteq data: celitus idicio ma-
ne inuenire meruit quod que
siuit. Pre foribus autē petre
superposite prefixa nomina
inuenit: quorum exequie int⁹
latebant. Interea illis celerit
repedātibus: eadem hora pa
pā romanum per visum qdā
taliter affatur. Cur tu piger
somno pressus: custodiā tue
negligis hre puicie: Nā sci-
as te carere patrociniis exi-
miorum sancti benedicti atq
scolastice: quorum corpora q-
dam a galliis venientes: illic
humanda ferunt. Quo audi-
to antistes romanus iunctis
sociis persequitur fugientes
sed mox eos tetra nubis iuol
uit: ita vt facultatem eos in-
ueniēdi auferret. Famul⁹ er-
go domini aguilfus ceptum
carpebat iter: sicq demū per
uenit ad prediolū nomine be
nodiū: vbi qdā cecus ab vte
ro matris lumē recepit: ⁊ qdā
debilis ppriū statū. Lectō. iii.
Post hoc ergo puēit ad ali-
ud pdiolū: nouavilla cogno-
mine. Ibiq alio ceco illumia
to: occurrerūt ei agmina mo
nachorū cū populo aurelianē
si: in vico qui dicitur floriac⁹
et illic cum maxio honore ex-
ceperunt corpora sancti bene
dicti atq scolastice: ⁊ solēnita
tem susceptionis peregerūt:
in laudē dei. Tactuq sancto
rum corporū: iacētiū mortuo
rum corpora pristinam rece-
perunt vitā. Post hec vir dei
nūmolus cum aguilfo reliq-
as sancti benedicti in basilica
sancti petri apostoli ad custo
diendum deposuerunt. Con
ferebant tandē mutuo q lo-
co hūarent. Uidit pfatus nū
molus intempeste noctis si-
lētio lucē celit⁹ emissam/ante
sctē dei genitricis basilicā in
modū facis ardētis: ⁊ ibidē
cum ingēti honore sepeliuit:
vbi multa patrata sunt mira-
cula ad laudē dei oipotētis.
Cui ē honor ⁊ glīa i scla secu
lorū amē. ¶ In diuisiōe aplo
rū sup ps. de die. ā. Cōuocatis.
aa. iiii. Cpm de aplis R. Qui
sunt isti. aa. i. hy⁹. Annue xpe.
aa. i. ℣. In oēm terrā. ā. Dū stete
Sacrosctā Oro. ritis.
dn̄e btōrū aplorū tuorū
solēnia celebrātes: clemētiā
tuā depcamur ops de⁹: vt eo
rū iteruētu scelerum nrōrum

enormitas deleatur quorum scientia: et doctrina a nocte perfidie totus mundus illuminatur. Per. Inuitatorium Regem apostolorum. Hymnus. Eterna christi. ãe. super hos. Conuocatis iesus. cum ceteris de euangelistis. ℣. In omnem. lc. i.

Ecce ego mitto vos sicut oues i medio luporum. Contraria sunt ista animalia: ita vt alia ab aliis deuorētur: sed bonus pastor lupos gregi suo timere non nouit. Et ideo isti discipuli non in predam: sed ad gratiam diriguntur. Reliqua de apl's. lc. ii.

Sollicitudo quidē boni pastoris efficit: vt lupi in agnos nichil audere possint: quia vacantē: et a bono opere torpētem occupatum deglutiunt: contra cautum et prudentem nichil habentes virium. l. iii.

Lupi quid significare videātur debemus aduertere: bestie nanque sunt: que insidiantur ouibus: circa pastorales versantur caulas: habitacula pastorum intrare non audēt: solum canum absentiam: aut desidiam pastoris explorant.

Lupi fere Lectio. iiii. rapaces: idemque natura rigidiores: vt ad se facile non possunt inflecti Impetu quodam suo feruntur: et ideo sepe leduntur. Propterea si quem viderint priores: vocem eius quadam nature vi ferūtur eripere. Lectio quinta.

Si autem homo prius eos vidit exagitari memorantur: et ideo cauendum michi ē ne si in hodierno tractatu spiritualium mysteriorum gratia potuit refulgere: lupi me prius vidisse credantur: et solenne vocis extorsisse suffragiū.

Nonne lupi isti Lectio sexta. hereticis comparandi sunt: qui insidiantur ouilibus christi: fremunt circa caulas nocturno magis tempore: quam diurno. Semper enim perfidis nox est: qui lucem christi / sue nebulis interpretationis obducere et quātum in ipsis est fuscare conantur. Versantur ergo circa caulas: stabula tamen christi intrare nō audēt. Nam ipse ouile protegit qui ouem ad ouile reportauit iesus christus dominus noster cum patre et spiritussancto in secula seculorum amen. Homilia. Conuocatis iesus. que in quinta feria penthecostes ℟. i. Ad laudes. ān. Hoc est preceptum. de apostolis. In euangelio. ā. Cōuocatis. ℟. i. cetera vt in omni de apl's. ¶ Ad secundas vesperas. ān. Iurauit. cum ceteris āls. Egressi.

ibidem pentechostes. ¶Cō memoratio de trāslatiōe sancti Suithuni episcopi ꝛ ꝯfes. ān. Confessor domini. Oratio.

Deus qui hunc diē sanctissimi confessoris tui suithuni translatione decorasti: fac nos eius meritis i sanctorum tuorum societatē trāsferri. Per. Inuitatoriū. Unū deum. Cetera i communi. In tertio nocturno. Rīa. Iste homo perfecit. Iste est de ꝓpoten. Sancte. Ꝟ. In euangelio. ān. Beatus. Ꝟ. talentorum. Lcō. j.

Ut auditores in amorem catholice religionis maior desiderij feruor accendat: beati suithuni miracula veniant in medium. Post transitum eius de mundo ad patrem: anteq̄ de terra corpus leuaretur: quidam cecus quinq̄ annis rome visum postulans: nec impetrans: post vnius noctis vigilias ad eiꝰ corpus illuminatus est. lc. ij.

Quidam etiam innocēs de latrocino accusatus: ꝛ dannatus lumie priuatur: manꝰ trūcant: ꝛ naribꝰ abscisis: ꝛ auulsis auribꝰ: tm̄ ei cū pedibꝰ vita relinq̄tur: ꝛ sic oculis reductis in orbē miseros dies duxit ab epiphania domini vsq̄ ad letaniam maiorem neq̄ videns neq̄ audiens: quoniam fenestras auditus sanguinis affluentia repleuerat. Hic in beati presulis basilica pernoctans: visum et auditum per-

Prepositus Lctō. iij. cepit. etiam albadunensis monasterij nomine birferdus: effectus est cecus per interuallū quindecim ānorum. Qui audiens quāta mirabilia dominus per suū famulum dignatus est prebere languentibꝰ: vintoniam nudis veniēs vestigijs ad sancti pōtificis corpus accessit: cum precibus assiduis: ꝛ eadem nocte lucē cōspicere meruit atq̄ sospes domum rediens: omnipotentē dominum in sancto suo benedixit. lc. iiij.

Oua non nulla: vt ad forum vēdēda deferret pater puero commiserat. Sed casu labitur puer: oua quassantur. Timēs iuuenis verbera patris: sanctū inuocat/et oua recipit integra quorum preciū simul cū euētu refert ad patrē. Lectio. v.

Erat cuiusdam nobilis quidam iuuenis dilectissimus: q̄ dominū suū comitatus ad cōuiuiū: ꝛ elapsus ab equo crure confracto: ꝛ brachio ab ossibus desperatus est. Ruit igitur in lachrimas nobilis ille: et sanctum inuocat: et in breui puer ille sanitate recepta/

equum ascendit: et dominus sequitur ita plene saluti restitutus: acsi nichil mali perpessus fuisset. Lectio sexta.

Quedā a natiuitate vsq3 ad senectutem ceca: muta3 quādā ductricem habuit: ꝛ in breui post celebratas vigilias: ceca vidit ꝛ muta loquitur. Diffunditur autem ex frequētia miraculorū fama huius sancti presulis per multa climata. Vñ simul ex diuersis āglorum saxonūq3 finibus: centū viginti quatuor multiplicib9 constricti lāguoribus: l duarum reuolutiōe hebdomadarum: vigilijs expletis ꝛ ieiunijs: sani redeūt deum in sancto suo glorificantes. Cuius nomen benedictum ineternū maneat et vltra amen. In secūdis vesperis in euāgelio. ā Iste est q̄ ante. Alexis ꝯfes. nō pōtifi. ān Iustū deduxit. q̄re oia in communi. bb. v. Oro.

Quosdā igitur sanguis roseus cruentauit: alios flāma tanq̄ in fornace succēdit. In his rutilus: in istis purpure9 color effulsit. Inter oēs beatus laurentius: tanq̄ palmis diuersis colorib9 radiat. Calcauit mundū frementē/ spreuit blādiētē: z in vtroq vicit diabolum seuientē: et persequentem. Qua enim gloria z quāta virtutum multitudine quasi florū varietate disticta laurētii martyris sit corona: vniuersa est testis roma. R. Beatus laurentius clamauit et dixit. Dn̄e iesu christe pastor bone suscipe spiritū meū. V. Trāsiens autē per ignem momētaneū atq terrenū geenne ppetue exurentes flāmas euadēs dixit. Dn̄e iesu. Laudes vt in die sancto ān. Leuita laurentius valeriano dixit: deus pater dn̄i iesu christi qui vniuersa creauit debet adorari: ipsi soli inclinamur omnes xpiani. ps. Bn̄dict9. Orōvts. Quādo autē dies dn̄ica infra octa. beati laurētii z ante diem assumptiōis btē marie euenerit: de dn̄ica totuz officiū habeat: z memoria beato laurentio ad vtrasq vespas ad matuti. et ad missam tribuatur. ¶ De sancto ipolito cū suis sociis. Ad vespas super ps. de die. ān. Decius cesar vocauit ipolitū: z interrogauit corpa sctōrū: vt quid sepelisset. Cpm. Si corā hominib9: aa. viii. Hy9. Sanctorū meri-

tis. ℣. Letamini in dño. añ. O ipolite si credideris in dñm iesuȝ christũ: ⁊ thesauros tibi ostendo et vitã eternã ꝑmitto. ℣. Mgt.

Da q̃s opš deus: Oro vt bti ipoliti martyris tui sociorũq; ei⁹ venerãda solennitas: et deuotionẽ nobis augeat et salutẽ. Per dñm.

Fiat cõmẽo. de sctõ laurẽtio. añ. Leuita laurenti⁹ bonũ opus operatus est: qui ꝑ signũ crucis cecos illuminauit: et thesauros ecclesie dedit pauperibus. ℣. Dispersit. Oro vtš. Ad matuti. Inuita. Mirabilẽ deũ. aa. viij. ℣. Exultent iusti. Lectio. i.

Post tertiũ diẽ passionis sancti laurentij/cũ redisset ipolit⁹ domũ priusq̃ mensa posita cibum caperet: tentus a militib⁹: ductus est ad decium. Cui decius. Nũquid et tu magus effect⁹ es: quia corpus laurẽtij abstulisti? Rñdit ipolit⁹ hoc feci nõ vt magus: sed vt xpian⁹. ℟. Beatissimus christi martyr laurentius: dũ pro christi noie teneretur In domo ipoliti: ponebat man⁹ suꝑ oculos cecorũ: et sanabãtur. ℣. Baptizato autẽ beato ipolito: oẽs famuli eius credẽtes baptizabantur. In do. Lctõ. ij.

Tunc decius furore replet⁹ iussit eũ expoliari veste xpiana: ⁊ fustib⁹ cesum pectinib⁹ ferreis laniari. At ille magis clamabat se esse xpianũ. Indutus autẽ veste militari: et monit⁹ vt militiã ⁊ amicitiaȝ decij retineret. Rñdit se velle in bona militia sequi xpm. Tunc decius tradidit eũ valeriano prefecto: vt facultates eius acciperet/et ipm diris supplicijs flagellaret et interficeret. ℟m. Requisitus a decio sanctus ipoltus de corpore beati laurentij vt quid sepelisset: rñdens dixit. Christian⁹ sum ego: et christi martyrẽ diligenter sepeliui. ℣. Mirũ michi valde est: vt quid ore polluto christi martyrẽ noiasti. Christian⁹. Lctõ. iij.

Adducta est tota illa familia ipoliti xpiana: cũ nutrice eius noie concordia. Quos cũ prefectus moneret ne perirent. Respondit pro oibus concordia/ꝙ nullomodo cõsentiret: vnde eam presente ⁊ gaudẽte ipolito vsq; ad mortem fustibus cedi precepit: et sic spiritũ emisit. Alijs vero decollatis ipolitũ ligatum ꝑ pedes ad colla indomitoruȝ equoꝝ: per spinas ⁊ tribulos trahi iussit. Sicq; grãs agẽs ipolitus expirauit. Quorũ corpora iustin⁹ presbiter rapuit: et iuxta corpus scti laurentij sepeliuit. ℟. Iussit deci⁹ militibus dicens: exuite ipolitũ

veste: et fustib⁹ cedite: et dum ce-
dere dixit. Miles christi ego sum:
et verba tua nō vereor. ℟. Ipoli-
tus autē clamabat voce magna
dicens. Miles. ps. Te deū. ℣.
Iustorū anime. Ad laudes. ā.
Dixit cesar ad ipolitū: nūc
magus effect⁹ es. respon-
dens ipolit⁹: dixit ad deciū: non
sum mag⁹: sed sū seru⁹ dñi mei ie-
su christi. ān. Cesar dixit ad ipo-
litū: factus es insipiēs vt nudita-
tem tuā non erubescas. ān. Dixit
ipolitus ad deciū: nō me expolia
sti: sed magis vestisti. ān. Exem-
plū merear fieri laurētij beatissi-
mi martyris. ā. Tunc valerian⁹
in cōspectu ipoliti: famulos illi⁹
martyrizari precepit. Ad bñd⁹
ān. Orauit sanct⁹ ipolitus voce
magna: et dixit/ gratias tibi ago
dñe iesu christe: qr famulos meos
in cōspectu meo pati video. ps.
Bñdict⁹. Oro. vts. Cōmēo.
de sctō laurētio fiat. ān. Lau-
rentius collecta pauperū manu:
voce clara dixit: ecce isti sunt the
sauri qui nūq̄ minuūtur neq̄ de-
crescūt. ℣. Dispersit dedit. Oro
vts. ¶ In vigilia assumptio-
nis beate marie vespe et ma-
tutine cū horis diurnalibus
ferialiter habeantur vsq̄ ad
nonā. Habita cōmēoratione
de sancto eusebio presbitero
cū hac ā. Amauit eū dñs. bb. v.
℣. Iustus germinabit. Oratio.
Deus qui nos ānua btī
eusebij confessoris tui
solēnitate letificas: cōcede p-
pitius: vt cuius natalicia co-
limus: per eius ad te exēpla
gradiamur. Per xpm. Post-
ea de sctō laurētio. ān. Uale-
rian⁹ ait: laurēti quid p diuersa
distraheris depone iā pertinaciā
xpianitatis et sacrifica dijs. ℣.
Dispersit dedit pau. Oro vts.
Deinde sequūtur solite cōme-
morationes. Lectio. j. Se-
In ill. tpe. (cūdū lucā. xj.
Loquente iesu ad tur-
bas extollēs vocē quedā mu-
lier de turba dixit illi. Btūs
vēter qui te portauit: et vbera
q̄ suxisti. Et reℓ. Homil. bed.
Unigenitus dei charissimi
ante assūptam de intemera-
ta ꝟgine nostre mortalitatis
substantiā: locut⁹ est ad tur-
bas per pphetas suos: locu-
tus est per semetipm̄ in aduē-
tu suo: et post gl'iosissimam in
celum ascensionē/ locutus est
per discipulos suos. Factum
est igitur in aduētu suo cum
ad turbas visibilis loquereℓ:
quedam mulier ventrem esse
beatū qui eum portauerat: et
vbera que eum lactauerant/
beata pdicauit. Tu aūt. ℟. ij.
At ille dixit. Quinimo: btī
qui audiūt verbū dei: et custo
diūt illud. Hoc in loco beate

dei genitricis marie excellētia commēdatur: quia in tāta speculatiōis custodia dño famulabatur ꝙ ipi⁹ humilitati et sanctitati nullus sanctorū comparat. Beatā igitur suā esse matrē saluator noster ꝑdicauit/que ꝟbū dei audiuit: et super oēs huius vite mortales custodiuit. Lectio iij.

O veneranda dña electa et preelecta que mater ē: ⁊ virgo esse non desinit. O admirāda puella/ que saluo virginitatꝫ pudore: suū genuit genitorem. O felix ancilla que creatorē et gubernatorē genuit vniuersorum: ⁊ virgo ꝑmansit ineternum. ¶ De sancto eusebio. ān. Euge serue bone. hh. v. ꝟ. Iustus vt palma flo. Orō vtā. De sancto laurentio. ān. Leuita laurētius respōdit: deus pater domini iesu christi q̄ vniuersa creauit debet adorari: ipsi soli inclinamur omnes christiani. ꝟ. Dispersit dedit paupe. Orō vtā. Nona de futuro festo canatur. Cum autē hec vigilia in dñica euenerit: ad missam tm̄ orōnem recipiat.

¶ Ad primas vesperas ān.

Felix valde es sacra virgo maria: que et genitricis dignitatem obtinuisti: ⁊ virginalem pudicitiam non amisisti. ps. Laudate pueri. g. ij. ā.

Uirgo prudētissima quo progrederis quasi aurora valde rutilās filia syon tota formosa: ⁊ suauis es: pulchra vt luna electa vt sol. ps. Laudate dñz. o. g. iij. ān. Anima mea liquefacta est: vt dilectus locutus est: quesiui et non inueni illum vocaui et nō respōdit michi: inuenerūt me custodes ciuitatis percusserunt me ⁊ vulnerauerūt me: tulerunt pallium meum custodes muroꝝ: filie hierusalem nunciate dilecto: quia amore langueo. ps. Lauda aīa mea. h. j. ān. Tota pulchra es amica mea: et macula non est in te: fauus distillans labia tua mel et lac sub lingua tua: odor vnguentorum tuorum super omnia aromata: iam enim hyems transiit imber abiit et recessit flores apparuerūt vinee florētes odorē dederunt: et vox turturis audita est in terra nostra: surge propera amica mea veni de libano veni coronaberis. ps. Laudate dñm quoniā bon⁹. h. j. ān. Rogamus te virgo virginum/rogamus te dignissima superni regis porta: rogamus te mūdi regina que sola meruisti esse ianua christi: vt proprium pro nobis intercedas filium alleluya. ps. Lauda hierl'z. h. j. Cā. eccli. xxiiij.

Ab initio et ante secula creata sū: ⁊ vsqꝫ ad futurū seculū non desinam: ⁊

in habitatiōe sancta corā ipso ministraui. Rem. Candida virginitas paradisi chara colonis: hortus conclusus florenti cespite vernans. Cui merito mundus celebrat preconia totus. ℣. Que meruit dn̄z progenerare suū: ipsa suo nato nos reddat florida virgo. Cui. Gloria. Cui. Hymn⁹.

O q̄ glorifica luce coruscas/stirpis diuitice regia proles: sublimis residēs ꝟgo maria/supra celigenas etheris omnes. Tu cū virgineo mater honore/ āgelorum dn̄o pectoris aulam: sacris visceribus casta parasti/ natus hinc deus est corpore christus. Quē cunctus venerans orbis adorat/cui nūc rite genu flectitur oē: a quo nos petimus te veniente: abiectis tenebris gaudia lucis. Hoc largire pater luminis oīs/natum per proprium flamine sacro: qui tecum nitida viuit in ethra/regnās ac moderans secula cūcta Amen. ℣. Assumpta est maria in celū. ā. Ascendit christ⁹ sup celos: ꝛ preparauit sue castissime mr̄i immortalitatis locū: et hec est illa pclara festiuitas/ oīm sanctorū festiuitatibus incōparabilis; in qua gloriosa et felix / mirantib⁹ celestis curie ordinibus; ad ethereū puenit thalamū: quo pia sui memorū immemor nequaq̄ existat. ps. Magt. Oratio.

Deus qui virginalē aulam beate marie in qua vt habitares eligere dignat⁹ es: da q̄s: vt sua nos defensione munitos: iocūdos faciat sue interesse festiuitati. Qui viuis ꝛ regnas. Ad completo. sup Nunc dimittis. ān. Glorificamus te dei genitrix: qꝛ ex te natus est christus: salua oēs qui te glorificant. Dicta cōfessione subiūgantur hi ꝟsiculi. Exaltata est sancta dei genitrix. Post partū. Speciosa facta. cū ōrone Illūīna q̄s. Ad mat. Inuita. Uenite adorem⁹ regē regū. Cuius hodie ad ethereū mater virgo assumpta est celū. ps. Uen̄. Hy⁹. O q̄ glorifica. In primo noct. ā. Ecce tu pulchra es amica mea/ecce tu pulchra: oculi tu columbarū. ps. Dn̄e dn̄s noster. a. ij. ān. Sicut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias. ps. Celi enarrāt. a. vj. ān. Fauus distillās labia tua sponsa: et odor vestimentorū tuorum sicut odor thuris. p. Dn̄i est tra. b. ij ℣. Diffusa est gratia. Lectio. j.

Hodie gloriosa semper ꝟgo maria celos ascēdit: rogo gaudete quia vt ita fatear ineffabiliter sublimata cū xp̄o regnat ietnū. Regia mūdi hodie de tris ꝛ de p̄nti

scõo neq; explitur: iterũ dico gaudete q secura de sua imarcessibili gloria ad celi iã peruenit palatium. ℟. Uidi speciosam quasi columbam descendentẽ de super riuos aquarũ: cuius inestimabilis odor erat nimis in vestimentis eius. Et sicut dies verni circundabant eam flores rosaruz et lilia conuallium. ℣. Que ẽ ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirrhe et thuris. Et sicut. Lectio.ij.

Exultate inq; ac gaudete: et letetur omnis orbis: quia hodie nobis omnibus eius interuenientib⁹ meritis salus aucta est. Nobis quoq; diligentib⁹ eam honor et virtus vna cuz reliquis virginib⁹ sacris amplior prestatur et gratia. Idcirco dilectissimi letamini: et gaudete. Quia si dum in sanctis suis ore prophetico laudare iubemur: multo magis eum in hac celebritate beate virginis matris oportet cuz hymnis ⁊ canticis diligenter extollẽ ⁊ dignis iubilare deo preconijs: ac mysticis honorare muneribus. ℟. Sicut cedr⁹ exaltata sum in libano et sicut cipressus in monte syon quasi mirrha electa. Dedi suauitatẽ odoris. ℣. Et sicut cynamomum: et balsamum aromatizans. Dedi suauitatem odoris. Lectio.iij.

Nulli dubiũ quin totum ad gloriam laudis eius pertineat: quicquid digne genitrici sue impensum fuerit: ac solenniter exhibitum. Ex quo satis timeo ⁊ valde pertimesco dum vestris cupio parere profectibus: ne forte sicut improbus ita ⁊ indignus inueniar: profecto cum nec sanctitas nec facũdia suppetat: vt beatam et gloriosaz virginẽ laudare queam. ℟. Felix valde es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ort⁹ est sol iusticie christus deus noster. ℣. Ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu: sentiant omnes tuum leuamen quicunq; celebrant tuam assumptionez. Quia. In secundo nocturno. an. Emissiões tue paradisus malorum punicorum: cũ pomorũ fructibus. ps. Eructauit. c.viij.ã. Fons hortorum puteus aquarum viuẽtium que fluunt impetu de libano. ps. Deus noster. d.j.ãn. Ueniat dilectus meus/in hortum meum: vt comedat fructum pomorum suorum. ps. Fundamenta. e.viij. ℣. Specie tua. Lectio quarta.

Qui vt veruz fatear quicquid humanis dici potest verbis min⁹ est eius laude: que diuinis est excellenti⁹ predicata ⁊ laudata pconijs.

A prophetis quidem est pre nunciata: a patriarchis figuris et enigmatibus presignata: ab euāgelistis exhibita et monstrata: ab angelo est officiosissime salutata. Preterea qualis et quāta esset: ab eodē diuinit⁹ declarat̄ cū ait. Aue maria grā plēa dn̄s tecū. Benedicta tu in mulieribus. ℞. Que ē ista que ꝓcessit sicut sol: et formosa tanq̄ hierusalē. Uiderūt eā filie syō et beatā dixerūt: et regine laudauerūt eā. ℣. Sicut dies verni circundabant eam flores rosarū et lilia cōuallium. Uiderunt. Lectō. v.

Tamen etsi ad hec nemo idoneus inuenitur votis omnibus cessare non debet quilibet etiam peccator a laudibus q̄muis explere nō queat quod sentit. Unde sermo diuinus cum de peccatore ageret in psalmis. Sacrificium inquit laudis honorificabit me: et illic iter quo ostēdam illi salutare dei. Acsi patenter dicat. Illic iter est laudis ad eternam lucem: sine fine permansuram: sed nemo apprehēdit illud nisi ego mōstrauero. ℞. Ornatam monilibus filiam hierusalem dominus concupiuit: et videntes eam filie syon beatissimam predicauerunt dicentes: vnguētum effusum nomen tuum. ℣. Omnis gloria ei⁹ filia reg̃ ab intus: ī fimbriis aureis circumamicta varietate. Et videntes eam filie. Lectio. vi.

Propterea charissimi: quia iter salutis nostre in laudib⁹ est saluatoris. Hortor vos: et commoneo in hac sacra solēnitate genitric̃ dei marie: nolite cessare a laudib⁹. Quod si virgo es gaude: q̄a meruisti esse et tu quod laudas: tantū cura/vt sis que digne laudare possis. Quod si continens et casta: venerare et lauda: quia non aliunde constat vt possis esse casta q̄ ex gratia dei: que fuit plenissime: in maria quā laudas. Quod si cōiugata certe aut peccatrix: nichilominus confitere: et lauda: quoniam inde misericordia omnibus profluxit: et gratia vt laudent. ℞. O decus virginitatis virgo maria sola mater innupta virgo ante partum/virgo in partu; virgo post partum. Mater christi/ templū dei/domini sponsa/mundi domina: et celi regina. ℣. Salue stella maris memorare quibus memoraris. Mater christi. In tertio nocturno

āu. Ueni in hortum meum soror mea sponsa: messui myrrham meam: cum aromatibus meis. ps. Cantate. i. f. ii. ār. Comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo. ps. Dn̄s

regnauit exultet. f.ij. añ. Descēdi in hortum meum: vt viderē poma conuallium: et inspicerem si floruissent vinee: et germinassent mala punica reuertere/reuertere sunamitis reuertere reuertere vt intueamur te. ps. Cantate. ij. f. iij. ℣. Adiuuabit eam deus. Secundum Lucam. x.

In illo tempore. Intrauit iesus in quoddā castellum: et mulier quedā martha nomine/ excepit illum in domum suam: et huic erat soror nomine maria. Et reliq.

Homilia ve. bede presbiteri.

Due iste domino dilecte sorores: duas vitas spirituales que in presenti sancta ecclesia exercentur: designāt. Martha quidem actiuā: qua proximo in charitate sociamur. Maria vero contemplatiuā: qua in dei amore suspiramus ℟. Super salutē et omnem pulchritudinem dilecta es / a dño: et regina celorum vocari digna es. Gaudent chori angelorum consortes et conciues tui. ℣. Sola namq sine exemplo placuisti femina christo. Gaudent. Lctō. viij.

Actiua enim vita est panem esurienti tribuere: verba sapientie nescientē docere/ errātē corrigere/ ad humilitatis viā superbiētē primū reuocare: infirmantis curā gerere: q singulis quibusq expediāt dispēsare: et commissis nobis quaľr subsistere valeant prouidere. ℟. Beata es virgo maria dei genitrix: que credidisti dño: pfecta sūt in te que dicta sunt tibi: ecce exaltata es super choros angelorū. Intercede pro nobis ad dominū iesum christum. ℣. Benedicta et venerabilis virgo maria cui⁹ viscera meruerūt portare dominū. Intercede pro nob. Lectio. ix.

Contēplatiua vero vita: est charitatē quidem dei et proximi mēte retinē: sz ab exteriori actiōe quiescere: soli desiderio inherē: vt nil iā agē libeat: sz calcatis oib⁹ curis: ad vidēdū faciē sui creatoris anim⁹ ardescat: ita vt iā nouerit carnis corruptibilis pōd⁹ cū merore portare: totisq desiderijs appetē illis hymnidicis āgelorū choris interē: admisceri ciuib⁹ celestib⁹: de eterna in cōspectu dei incorruptiōe gaudē. ℟. Cādida virginitas. Cāticū. Te deū. ℣. Exaltata ē scta dei gēitrix. Sup.

Assumpta ē Ad laud. ā maria in celū: gaudēt angeli laudētes bñdicūt dñz. ā. Maria virgo assumpta ē ad ethereum thalamū: in q rex regū stellato sedet solio. ā. In odore vnguētorū tuorū currim⁹ adolescētule dilexerūt te nimis. ā. Bñdicta filia tu a dño: qa p te fructuz vite cōicauī

mus. Añ. Pulchra es et decora filia hierusalē: terribilis vt castrorum acies ordinata. Capitulū.

In omnib⁹ Eccli. xxiiij. requiem quesiui: et in hereditate domini morabor: tūc precepit: et dixit michi creator omnium: et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Hymnus. Fit porta christi. q̄re. s̄. in ɔceptione eius. ee. vij ℣⁹. Elegit eam. Añ. Que est ista que ascēdit sicut aurora ɔsurgēs pulchra vt luna/electa vt sol terribilis: vt castrorū acies ordiata.

Oratio. Venerāda nobis domie huius diei festiuitas opem cōferat salutarem in qua sancta dei genitrix mortez subijt temporalē nec tamē mortis nexibus deprimi potuit: que filium tuuz dominū nostruz de se genuit incarnatum. Qui tecum. Ad horas diurna. āe de laudib⁹. Ad tertiā. capm̄. Eccli. xxiiij.

Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum/detentio mea. ℟. Sācta dei genitrix. vt s̄. i ɔmēo. eiusō. dd. ij ℣⁹ Ora pro nobis sancta dei genitrix. Ad. vi. Capm̄. Ibidez

Sicut cedrus exaltata sum in libano: et quasi cypressus in mōte syon: quasi palme exaltata sum in cades et quasi plantatio rose in hierico. ℟. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℣⁹. Speciosa facta Ad. ix. Capitulum. Ibidem.

Sicut cynamomū et balsamū aromatizās odorez dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. ℟em Speciosa facta es. ℣⁹. Exaltata es. Ad secūdas ves. āe de laudibus. ps. Dixit domin⁹. Cōfitebor. Beatus vir. De profundis. Memento. Cap̄. In omnibus re. ℟. Cādida virgi. Hymnus. O q̄s glorifica. ℣⁹. Exaltata es sctā. Sup Magt. añ. Speciosa facta es: et suauis in delitijs virginitatꝫ sancta dei genitrix quāvidētes filie syōvernantem in floribus rosarum et lilijs conuallium beatissimam predicauerunt: et regine laudauerūt eam. ¶ Si dnica infra octa. euenerit. Ad. j. ves. añ. Assumpta. ps Dixit. cum ceteris vt in die sancto. Capm̄. Ab initio. ℟. Decus. hy⁹. O q̄s glorifica. ℣. Exaltata. añ. Salue regina misericordie: vite dulcedo et spes nostra salue. ad te clamam⁹ exules filij eue. ad te suspiramus gementes et flentes in hac lachrimarum valle. eya ergo aduocata nostra/illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte et iesum benedictum fructum ventris tui

nobis post hoc exiliuz ostende: o clemens/o pia/o dulcis maria alleluya. ℣ Magt. Oro Veneranda. Comeo. de dñica. Ad matu. oia vt i die sancto. Lc. i.

Hodierna die charissimi nobis refulsit insignis solennitas in qua beata virgo maria ad ethereũ thalamum assumpta est: in q̃ rex regũ ineffabili sedet solio vbi milia milium angelorum ministrant et decies centena milia assistunt quorum cum laudibus et obsequiis suscepta est in celo. Hec quidem solennitas ante mundi cõstitutionẽ ordiata est: sed hodierna die expleta nobis est annua: sz supernis ciuibus perpetua est: et cõtinua. ℟ Uidi speciosam.

Hec est dies in qua Lctõ. ij. gloriosa dei genitrix inter filias hierusalẽ speciosa resplẽduit/in qua quasi aurora processit: et vadit post agnũ gloriosior quocunq̧ ille pergit. In qua clarior sole refulsit in throno claritatis. Quoniam etsi duodecim throni legant apostolorum: non desunt tamen alii q̃plurimi throni/in quibus vigiti quatuor seniores sedere dicuntur. Unde cõstat q̧ thronus beatissime virginis marie hodie celsior glorificatur: et veneratur ab angelis. ℟ Sicut cedrus. Lcõ. iij.

Glorificemus igitur virginẽ quã hodie paradisus excepit gaudens: quã ãgeli cum laudibus prosequũtur quã apostolorum chorus veneratur: quã martyres candidati beatificant: quã sanctorum cõfessorũ stolatus concelebrat numerus. Cui hodie sanctaruz virginum cũ suis palmis victricibus: exultans occurrit exercitus. Quoniam hec est per quã omnis maledictio soluta est: et celestis benedictio in totum munduz venit. Hec est in cuius vtero ecclesia dei cõiuncta est federe sempiterno. ℟ Felix nãq̧ es. Lctõ. iiij.

Uirgo hec refulget int virgies clarissima candidior inter martyres. Iure eni plusq̃z martyr est: que nimio amore vulnerata testis extitit saluatoris: et pro merore in animo cruciatum sustinuit passionis. Quia igitur ineffabilibus est donis impresentiarum munerata: et priuilegiis sublimata diuinis: credere oportet q̧ hodie omnimoda celesti curia illustrat gloria: vt nullus digne possit in terris eam laudibus venerari. ℟ Que est ista que pces. Lc. v

Et quidẽ sicut nulla sine auctoris noie de eius assumptiõe

conscripta: que ita canentur: vt ad confirmandam rei veritatem legi minime permittātur. Hinc sane pulsantur nōnulli: quia vero corpus eius in terra non inuenitur: nec assumptio eius cum carne vt in apocripha legitur/in kathalogica historia reperitur. R. Ornata monilibus. Lectio .vi.

Dicēdū est istꝫ: quia si moysi corpus ab homine non inuenitur in terris: cum quo locutus est deus facie ad faciem/ illius querere dementia est ꝑ quam maiestatis deus incarnatus effulsit in terris. Neqꝫ enim dignum est de corporis eius notitia sollicitum quempiam esse/quam non dubitat super angelos eleuatam: cuꝫ xp̄o regnare. Sufficere debꝫ tantuꝫ nature humane hanc vere fateri reginam celoruꝫ: pro eo ꝙ pepit regem ⁊ dn̄m angelorum. R. Sctā maria clemens ⁊ pia que seruasti castitatꝫ pudorē ⁊ genuisti saluatorē. Tuis succurre famulis quos intentio debilitat carnalis ac fragilis: Vs. Ut tuo nos interuentu muniti celesti palacio mereamur ascribi. Tuis. Homil. Intrauit iesus. R. la. Super salutē. Beata es virgo. O decus. an. Beata dei genitrix maria virgo ꝑpetua/templum domini sacrarium spiritus sancti tu sola sine exēplo placuisti femina iesu christo ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu. ps. Benedictus. Oratio. Veneranda. Cōmēo. de dn̄ica. Ad Magt. an. Aue virgo specialis stella maris certa nautis: ꝑ queꝫ reruꝫ viget ordo pudico claudis vtero: illibata gignis partum illibata profers natum: illibata et post partū presentis caterue cantica suscipe benignissima all'a alleluya. ps. Mḡt. Oro. Venerāda. Cōmemoratio de dn̄ica. ¶ In crastino post festuꝫ si non est dn̄ica dies. Inuit. In honore beatissime marie virginis. Jubilem⁹ dn̄o. ps. Venite. hymnus. O ꝙ glorifica. In primo noct. an. Exaltata ē sancta dei genitrix super choros angelorum ad celestia regna. ps. Dn̄e dn̄s nr̄. an. Paradisi porte per te nobis aperte sunt: quas hodie gloriosa cum angelis triūphas. ps. Celi enarrant. an. Speciosa facta es: et suauis i delicijs tuis sancta dei genitrix. ps. Dn̄i est ter. b. ij. a. Specie tua et pulchritudie tua: intende ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. ps. Eructauit. c. viij. a. Adiuuabit eā de⁹ vultu suo de⁹ imedio ei⁹ nō ꝯmouebit. ps. De⁹ nr̄. d. j. a. Sicut letātiū oīm nr̄m habitatio est i te sctā dei genitrix. ps. Fūdamenta. e. viij.

An. Gaude maria virgo: cunctas hereses sola interemisti in universo mundo. Ps. Cantate dño. j. f. ij. an. Dignare me laudare te virgo sacrata: da michi virtutem contra hostes tuos. Ps. Dominus regnavit exultet. f. ij. an. Post partum virgo inviolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Ps. Cantate ij. f. iiij. V. Diffusa est gratia in labijs. Lectio .i.

Quamvis ergo non sit speciosa laus in ore peccatoris tamen noli cessare: quia inde tibi promittitur venia unde et omnibus ut laudes. Alioquin nisi iuxta modum ingenij nostri deum laudare in sanctis suis studeamus: quando eum secundum quod canimus iuxta multitudinem magnitudinis eius laudare poterimus. R. Ista est speciosa inter filias hierusalem sicut vidistis eam plenam caritate et dilectione. In cubilibus et in hortis aromatum. V. Ista est que ascendit de deserto delicijs affluens. Lectio secunda

Omnino pretermittendum non est quod quandoque impleturi sumus secundum quod dicitur. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te Interdum quia immensus est quod voce non possumus: nec facundia valemus exequamur votis et medullis cordis: quia magnus et bonus est: ac immensus: tantus ac talis: quantum et qualem ipse se novit: ore et spiritu confitemur ad iustitiam et salutem. Rem. Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit michi dominus magna qui potens est: et sanctum nomen eius. V. Magnificat anima mea dominum: et exultavit spiritus meus in deo salutari meo. Quia fecit.

Hinc rogo omnes Lectio .iii. pariter festivitatem gloriosissime semper virginis marie devotissime celebremus: quia hec est dies preclara: in qua meruit exaltari super choros angelorum: et pervenire ultra quam nostre fragilitatis est natura. Ubi non substantia tollitur: sed glorie magnitudo monstratur cum elevatur in dextra patris: ubi christus pontifex in eternum factus introivit ad celi palacium. R. Sancta maria clemens et pia. Cetera ut in die sancto. an. Ad thronum maiestatis dominice virgo et mater hodie processit: atque in regni solio sublimata post christum gloriosa resedit. Ps. Benedictus. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus ad beate marie semper virginis gaudia nos eterna pertingere: de cuius veneranda assumptione tribuis annua

solẽnitate gaudere. Per. Cõmemoratio de sancto laurentio. ã. Beatus laurẽtius orabat dicẽs gaudeo plane: quia hostia christi effici merui. ℣. Dispersit. Oro. Da nobis q̃s. ff. i. ¶ In oct. bti laurẽtij. Ad p̃ias vꝰ. sup p̃os de die. ãn. Laurẽtius ingressus est. Capm. Qui parce. ff. i. Hymnus. Deus tuorum. aa. v. ℣. Gloria ꝛ honore. In euãge. ã. Gloriosus dei laurentius pro nobis intercessor sit pius quiqꝫ sua membra pro christi nomine gloriosa igni iraqꝫ daciana prebebat concremari: nos quoqꝫ intercedendo semper pio cõmendet dño. ps. Magt. oro.

Beati laurẽtij nos faciat domine passio venerãda letantes: ꝛ vt eam sufficient recolamꝰ efficiat promptiores. Per. Cõmemoratio de sancta maria. ãn. Aue regina celorum/aue domina angelorum: salue radix scã ex qua mundo lux est orta: aue gloriosa sup omnes speciosa/ vale valde decora: et pro nobis semper christum exora. ℣. Exaltata est. Oratio. Concede q̃s. Ad matut. Inuitat. hymnꝰ ãn sine ꝟsibꝰ p̃i. ℣ꝰ. et omnia cũ horis diurna libꝰ pagant. vt in die sctõ. l. i.

Beatissimi laurentii fratres charissimi iterata festiuitas ecclesiam dei inuigit in gaudia leticie spũalis accẽdit: ammonens vniuersitatẽ credentium vt sicut ille perfecte deuotionis ardore furentibus non cedebat flammis. Ita nos diuersarum tribulationum ignis et malorum secularium flãma a xp̃i societate non moueat. Non enim potest illud arduuꝫ iter: debilis animus aut fides clauda concẽdere. R. Quo pgrederis. l. ii.

Fortissimuꝫ igitur dei martyrem seuissimi persecutoris flamma superare non potuit quia longe ardentius veritatis radijs mens eius accensa feruebat. Excogitatur itaqꝫ in laurentium ferale tormentum: vt qui metu mortis non mouebatur acerbitate supplicij ꝯfringeret. Sed quẽ suarũ cõfortabat multitudo ꝟtutũ/ poterat vincere magnitudo penarũ. R. Noli me derelinq̃re.

Ubi ergo cor ardet lctõ. iij. necesse est vt vincatur incendium: et vbi spiritus dei feruet frigida fit flamma mortalium. Et hinc est charissimi ꝙ triumphum beati laurẽtij totus vbiqꝫ mundꝰ consona hodie deuotione celebrat. Hinc est ꝙ insuperabileꝫ eius fidẽ roma miratur: qꝛ radijs eterni solis accensus ignem seculi patiẽter sustinuit: ꝛ ꝯfident

euasit. Ipso adiuuante q̃ vi-uit ꝛ regnat deus in secula seculorum amẽ. ℞. Gloriosꝰ dei martyr. reqre. s̃. ad. j. vs̃. eiusd̃ xx. vij. Ad bñdꝰ. ãn. In craticula te deum. ff. j. Oratio. Beati laurẽtij. Cõ. de sctã maria. ã. Gaude ꝟgo maria: gaude ꝛ letare ecce rex regũ i throno prĩs sui: te regni diademate coronauit: ꝛ secũdã post se regnare ꝯcessit. ℣. Assumpta est maria. Oro. Cõcede q̃s. Qñ aũt octa. scti laurẽtij i dñica euenerit: totum officiũ de sctõ laurẽtio cũ. ix. lectionibꝰ: vt in die sctõ pagatur: adiũctis his q̃ i ꝟltĩa die octauarum eius scripta sunt. Singulis diebꝰ ĩfra octa. assumptiõis ad vs̃ sola ãn. Assumpta est. dicaꝛ sup ꝑos. ꝑs. Dixit. vt in die sancto. Capꝫ. In omnibus requiẽ. hymnꝰ. O q̃ȝ glorifi. ℣. Exaltata ẽ. ãn. Alma redemptoris mater q̃ puia celi porta manens ꝛ stella maris: succurre cadenti surgere q̃ curat populo tu q̃ genuisti natura mirãte tuum sanctum genitorẽ. virgo ꝑus ac posteriꝰ: gabrielis ab ore sumens illud aue pctõrũ miserere. ꝑs. Magt̃. Oro. Cõcede q̃s. que q̃tidie ĩfra octa. dicatur. ¶ Quarta die ĩfra oct̃. Ad matut̃. Inuitaꝛ. In honore. Cetera vt priꝰ. lc. j.

Hec est dies i qua vsq̃ȝ ad celi celsitudineȝ intemerata ꝟgo ꝛ mater processit atq̃ȝ in regni solio sublimata post christuȝ gloriosa resedit. Sic itaq̃ȝ vbiq̃ȝ confidẽter sancta dei canit ecclesia ꝙ de nullo sanctorũ alio fas est credere: vt vltra angelorum vel archãgelorum merita transcenderit: quia quod similimodo repromittitur sanctis non negetur. ℞. Uidi speciosaȝ quasi. Lc. ij.

Hoc quippe priuilegium nõ nature est: sꝫ gratie beate virginis de qua natus est idem deus et homo. Idcirco ꝛ ip̃a plus est meritis q̃ȝ virgo et homo. Unde et si cetere virgines imitantur illaȝ vsq̃ȝ ad conceptum partus ꝛ gabrielis noue salutationis obseq̃um: deinceps totum diuinum est quod operatur in ea teste angelo: quia spiritu sancto: ꝛ virtute altissimi obumbratur ℞. Sicut cedrus. Lctõ tertia.

Ante hoc ipsuȝ sane vterus virginis q̃ȝuis mũdus/q̃ȝuis impollutus et alienus a contagione peccati: quãuis sanctus tamẽ adhuc vilitate humanitatis induitur: vt ita dicam: acsi lana cãdidissima fuisset coloris dealbata. Ad quaȝ sane cuȝ accessit spiritus sanctus: quasi ipsa eademq̃ȝ lana cum inficitur sanguine cõ-

chilli vel muricis: vertitur in purpuram/ versa est et ipsa sine peccato in matrem: vt non sit iam admodum quod fuerat: sed purpura verissima ad indumentuz et gloriam summi regis diuinitus aptissime dedicata: vt nulli deinceps ea vti vsu femineo licuerit/ nisi deo. ℟. Felix namq. In euangelio. an. Occurrit piissime genitrici sue festinus domin9 iesus christus: atq eam semper secum regnaturam i throno suo cu gaudio collocauit. ps. Benedict9. Oratio. Cocede quesumus. Ad vesperas. In euangelio. an. Sexaginta sunt regie et octoginta concubine et adolescentularum non est numerus: vna e columba mea perfecta mea: vna matris mee electa genitricis sue. ps Magnificat. ¶ Quinta die.

Quippe vt ita loquor l. i beata et gloriosa virgo maria eo modo quuis duduz incomparabilis esset vniuersis que sub celo sunt virginibus: vt deceter posset in se suscipere diuinitatz admixtionez: salua vtraq natura tame cum gratia repletur: cum spiritu sancto perfunditur: cum virtute altissimi obumbratur fit pciosior meritz celsis: sublimior fastigijs: pulchrior sanctitate: gloriosior suorum prerogatiuis meritorz uz. Ita vt nullis iam vsibus sit ipsa eademq macipanda: nisi diuinis. ℟. Que est ista. Lectio. ij.

Unde o sanctissime virgines etsi imitari oportet tanta ac talem virginem: tamq preclaram venerari etiam couenit multum et vltra angelica quodammodo dignitate quatum fas est/ cum gaudio laudib9 dignissimis efferri. Que vt dixi no temere: christi per gratiam super choros angelorū exaltata deuotissime hodie predicatur: quia precessit eam dominus et saluator noster ex ea vera fide genit9 ad celestia: vt pparet ei sicut ipe suis pmisit discipulis i ethereis mansionibus locum. ℟. Ornatam. Lectio tertia.

Dauid propheta olim gratulandus precinit. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsq ad summum eius. Ascendit ergo eandem gloriam resumpturus: licet non amiserit qua prius habuerat anteq mundus fieret. Ascendit et preparauit huic sanctissime: ac gloriosissime virgini locum immortalitatis: vt cuz eo regnare posset in perpetuum. ℟. O decus. In euagelio. an. Obuiam procedut cherubin et seraphin: cum thronis et domi

nationibus: et assumptam super se reginam splendidis honorant obsequijs. ps. Benedictus. Ad vesperas. In euangelio. an. Aue virgo specialis. Require i dominica īfra octauas. ff. vij.

¶ Sexta die. Lectio prima.

Hec est presentis diei festiuitas: in qua gloriosa et felix virgo maria ad ethereum peruenit thalamum. Que pfecto festiuitas sicut et virgo incomparabilis: et ceteris virginibus: ita incomparabilis est omniū sanctorum festiuitatibus et admirāda etiam virtutibus angelicis. propter quod et de persona supernorum ciuium in eius ascensione ammirās spiritussanctus ait in canticis. Que est ista que ascendit per desertū: quasi virgula fumi ex aromatib9. R. Super salutē et omnem pulcritudinem. ff. vj. lcō. ij.

Bene quasi ṽgula fumi beata maria dicitur: quia gracilis: et delicata diuinis extenuata disciplinis: et cōcremata intus in holocaustuz: incēdio pij amoris et desiderio charitatis. Ut virgula inquit fumi: ex aromatibus. Nimirum quia multis erat repleta virtutum odoribus: manans ex ea fragrabat suauissimus odor etiam spiritibus angelicis. R. m. Beata es virgo maria. Ascēde. Lectio tertia. (ria.

Ibat autem de deserto presentis seculi virga de radice iesse olim exorta: sed mirabantur pre gaudio electoruz anime: quenam esset: que etiam meritorum virtutibus angelorum vinceret dignitatem. De qua rursus spiritus sanctus in eisdem canticis ait. Que est inq̄: que ascendit quasi aurora consurgēs pulchra vt luna: electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata. R. m. Cādida virginitas paradisi chara colo. ff. iiij. versus diuidatur. In euangelio. an. Hanc ergo saluator ad celestia precessit: vt dignam ei in domo patris sui māsionē prepararet. in qua eam vt filius matrem cum gloria hodierna die suscepit. ps. Benedictus. Ad vesperas. In euangelio. an. Audi domina celi regina: virgo et mater christi maria: audi clamantes iuua te rogantes: et pro quibus tuus filius fudit sanguinem: tu pro illis funde incessanter thimiamata precuz alleluya. ps. Magnificat. ¶ Septima die. Lectio prima.

Ammiratur spirit9 sanctus: quia omnes de ascensu hui9 virginis ammirantes facit quod quasi noui

aurora diluculi rutilans ascē su suo resplendeat multis freta: et vallata sanctorū agminibus. Unde dicitur terribilis: vt castrorum acies ordinata siquidem terribilis suis facta virtutibus: vt castrorū acies ad modū ordinata. hicinde sanctorum angelorum fulta presidijs. Rm. Ista est speciosa. ℣. viij. Lectio scđa.

Pulchra vt luna: immo pulchrior q̄ luna: quia iam sine defectu sui choruscat: celestibus irradiata fulgoribus. Electa vt sol: scilicet fulgore virtutum: quia ipse eam elegit: vt nasceretur ex ea sol iustitie. Rm. Beatam me dicent. ℣. viij. Lectio tertia.

Ad cuius profecto exequias q̄tum fas est credere famulabantur angeli: et vniuerse celorū cō congratulabātur curie. Nec mirum: quia honor maternꝰ est eius: qui natus est ex ea quem omnis celorū ordo veneratur: et adorat super se cleuatum cum patre in sede maiestatis domini. R. Sācta maria. ℣. vij. In euāg. ā. Sub tuum presidium cōfugimus dei genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed a periculis libera nos semper virgo benedicta. ps. Benedictus

¶ Ultimo die oct. ān ad vesperas super psalmos. Assumpta est. p̄. Dixit dominus. Cū ceteris. vt supra. Capitulum. Ecclesiastici. xxiiij.

Vidi speciosā sicut columbam descendentem desuper riuos aquarum cuius inestimabilis odor erat nimis: in vestimentis eius: et sicut dies verni circundabant eā flores rosarum et lilia conuallium. R. Candida. versus diuidatur. Hymnus. O q̄ glorifica. ℣. Exaltata est. In euangelio. ān. Ascendit christus. or. Ueneranda. Commemoratio de martyribus cū. ān. Gaudent in celis. ps. viij. ℣. Letamini.

Auxilium. Oratio. (ni. tuum nobis domine q̄sumus placatus impende: et intercedentibus sanctis martyribus tuis timotheo: et symphoriano super nos gratiā tue protectionis extende. P.

¶ Ad matutinas: omnia vt in die sancto. Lectio prima.

Legimus quā sepe ad funera: et ad sepulturas quorumlibet sanctorum/ angelos aduenisse: et ad exequias eorum obsequia prestitisse: necnon et animas electorum: vsq̄ ad celos detulisse: cum hymnis: et laudibus: vbi et vtriusq̄ sexus chori cōmemorantur frequenter auditi

laudes cecinisse Iterea quod perspicacius est multo: nonnunquam lumine eosdem resplenduisse. Et insuper adhuc in carne viuentes / ibidem miri odoris fragrantiam diutius persensisse. Lectio secunda.

Quod si ad recreandam spem dilectissimi: et ad roborandam fidem interdum astantium: saluator noster christus ob merita sanctorum suorum amplius comprobanda: tanta et talia dignatus est exhibere per suos celi ministros circa defunctos / quanto magis credendum est hodierna die militiam celorum: cum suis agminibus festiue obuiam aduenisse genitrici dei: eamque ingenti lumine circunfulsisse: et vsque ad thronum olim sibi etiam ante mundi constitutionem preparatum: cum laudibus et canticis spiritualibus perduxisse. Lectio tertia.

Nulli dubium / omnem iam celestem tunc exultasse hierusalem ineffabili leticia: tunc iocundatam esse inestimabili cantico tuncque cum omni gratulatione iubilasse: quoniam festiuitas hec que nobis hodie reuoluitur annua: illis omnibus facta est continua. Nec immerito: creditur enim / quod saluator omnium ipse quantum datur intelligi per se totus festiuus occurrerit: et cum gaudio eam secum in throno collocauerit

Quod si gau- Lectio. iiij. dium sit in celo de quolibet peccatore conuerso: multo magis putandum pro tante virginis exaltatione et gloria quod fit in supernis cuius nimirum festiuitas omnium supernorum ciuium est gratulatio: presertimque eius celebritas laus et fauor est saluatoris. Nec immerito igitur omnis illa celestis ciuitas congratulatur: et veneratur matrem cuius super se filium regem adorat ante quem tremunt potestates: et omne curuatur ge-

De huius Lectio quinta. nu- nimirum ascensione ad celos multo admirans intuitu secretorum scrutator in canticis. Vidi inquit speciosam ascendentem quasi columbam descendentem desuper riuos aquarum. Et vere speciosa quasi columba: quia illius speciem: ac simplicitatem columbe premonstrabat: que super dominum venit et docuit ioannem quod hic est qui baptizat in spiritu sancto.

Et bene desuper Lectio. vj. riuos aquarum: quia super aquas refectionis educauerat eam dominus et nutrierat: ex qua multi riui deducti: omnem

irrigant terram deliciarum:
et infundūt hortum volupta=
tis ex quibus quotidie lota ꝛ
perfusa beata dei genitrix:a=
scēdit hodierna die valde ad=
mirabilis. Cuius odor inesti
mabilis erat nimis:et ideo in
effabilis. Homilia sicut i die.
Capitulum. ad laudes. Vidi
speciosam. vt̄s in vesperis.
Commemoratio de martyri
bus. cū ān. Vestri capilli. bb. ij.
Cetera vt i die sancto. ¶ Ad
secūdas vesperas. ān. Assum=
pta est. Capitulum. In omni
bus requiem. Rem. Candida
virgini. vsqꝫ in finem dicatur.
Hymnus. O q̄ gloꝛifica. ℣.
Exaltata est. ān. Speciosa facta
es. ſſ. ij. Cum hec dies in do=
minica acciderit:omnia can=
tentur vt prenotantur. Habi
ta memoria de dominica: et
postea de martyribus. ¶ In
vigilia bti bartholomei om=
nia ferialiter cantentur. No=
na de futuro festo. Ad vespe
ras omnia de communi. ān.
Dum steteritis. aa. j. Lectio. j.

Cum beatus bartholo
meus ingressus esset
indiam: ꝛ maneret in templo
astaroth: quod erat plenum
languentibus quasi peregri=
nus: astaroth nulla rñsa da=
bat. Perrexerunt igitur i ali
am ciuitatem vbi colebatur
idolum berith: et quesierunt
huius rei causam: respondit
berith. Deus vester religat⁹
catenis igneis sic tenetur: vt
non suspirare audeat ex quo
dei apostol⁹ bartholomeus
illuc ingressus est. Lectio. ij.
Dicunt illi. Quis ē iste bar
tholomeus: vł que signa ei⁹?
Respondit demon: amicus
est dei omnipotētis. Indui=
tur pallio albo: vigiti sex an=
ni sunt qꝫ nunqꝫ sordidantur
vestiméta eius: nec sandalia
eius veterascuut. Cēties fle=
xis genibus orat per diem: ꝛ
centies per noctem. Vox ei⁹
quasi tuba: semper in eodem
vultu hylaris permanet: om
nem linguam loquitur: an=
geli dei famulantur ei ꝛ nun=
ciant ei omnia. Lectio tertia
Cum autē reuertentes per
duos dies quesissent euꝫ nec
inuenissent: factum est vt qui=
dam plenus demonio clama
ret dicens. Apostole dei bar
tholomee: incendunt me ora
tiones tue. Cui apostolus
ait. Obmutesce et exi ab eo:
ꝛ statim liberatus est. Quod
cum audisset polimius rex
prouincie illius: misit pro eo
rogans vt liberaret filiam su
am que a demonio vexabat.
Quod ꝛ fecit. Lcō. iiij
Tunc rex onerauit ca=

melos argento et auro/et gēmis et vestibus et misit post eum: sed ipso non inuento / reportata sunt omnia. In aurora autem diei futuri apparuit ei clauso ostio et dixit. Ut quid me quesisti cum argento et auro? Ego nichil terrenum desidero: sed scire te volo: quia filius dei de virgine natus misit in omnes prouincias: vt homines qui colunt demões: de potestate diaboli auferamus. Facit enim arte sua homines egrotare: et suadet eos idolis credere: et cum ea adorauerit cessat eos ledere. Lectio quinta.

Si vero vis probare ita esse. Jubeo diabolo et egrediatur statuam: et faciam eum cōfiteri ita hoc ipsum esse. Dixit ei rex. Crastina die veniam/vt videam hoc mirabile. Altero ergo die sacrificantibus pōtificibus: cepit clamare demon. Cessate miseri sacrificare michi: ne peiora patiamini: q̄ʒ ego qui cathenis igneis religatus sum ab angelis iesu christi. Lectio.vj.

Nūc apostolus dixit ad plebem. Ecce quem deum putabatis et curare vos: audite nunc et si vultis vt omnes hi infirmi sanitatem recipiant deponite hoc idolum et confringite: et hoc templum christi nomine cōsecrabo. Quod cum tentassent facere de iussu regis et non potuissent: dixit apostolus ad demonem. Exi de simulacro et confringe illud. At ille statim egrediens comminuit simulachrū illud: et omnia alia que erant in templo. Lectio septima.

Secundum Lucam. xxij.

In illo tempore. Facta est contētio inter discipulos iesu/quis eorum videretur esse maior. Et reliqua.

Nunc clamare ceperūt oēs Unus est deus oīps quē p̄dicat bartholomeus. Tūc apl's oēs sanauit: et tēpluʒ xp̄o dedicauit. Apparuit aūt āgelus domini splēdidus qui per quatuor angulos templi circunuolās digito i saxis sculpens signuʒ crucis dixit/hec dicit dominus. Sicut omnes vos mundaui ab infirmitate vr̄a: ita mūdaui templum hoc ab omni sorde et habitatore eius. Lectio.viij.

Tunc ostendit eis angelus ingentem ethiopem: et cū soluisset eū ille vlulatū emittēs euanuit. Angelus autē dn̄i euolauit in celū Tunc rex cū vxore et filijs ac oī populo baptizatus est: et deposito diademate: cepit apostolū nō deserere. Cum aūt a

pontificibus templi apud astrigem: fratrem polimij accusatus fuisset: iussu eius vinctus perductus est ad eum.

Lectio nona.

Cum autem astriges comminaretur ei ꝙ sicut fratrem suum deum suū relinquere fecerat: ita faceret eum relinquere deum suum. Nunciatum est ei ꝙ deus suus valdach cecidisset minutatim. Tunc rex fecit apostolum fustibus cedi ⁊ cesum ad moduꝫ follis excoriari: ac demum decollari. Populi autē qui per eum crediderant construxerunt ei basilicam et posuerunt in ea corpꝰ eiꝰ. Astriges autem et pontifices arrepti a demonio venerūt ad tumulum eius confitentes apostolatum eius sic mortui sunt Polimius autem acclamante populo: episcopus est ordinatus.

Ani. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui huius diei venerādaꝫ sanctamq̃ leticiam / in beati bartholomei apostoli tui festiuitate tribuisti: da ecclesie tue et amare quod credidit ⁊ predicare quod docuit. Per. Ad secundas vesperas. Cōmemoratio de sancto audoeno. cum ān. O ꝙ venerādus es audoene presul christi qui terrena contempsisti et celi ianuaꝫ exultans petisti modo fulges in virtute celesti: ideo te supplices exoramus: vt intercedas pro nobis ad dominum iesum christum. ꝟ. Ecce sacerdos magnus. Oro.

Deus qui perēnem gloriam sanctissimi cōfessoris tui / atq̃ pontificis audoeni anime cōtulisti: tribue quesumus eius apud te precibus sublimari: vt cum eo vitam possideamus eternam. Per do. Inuitatorium. Regē confessorum. quere supra in cōmuni. bb. v. lectiones ibidem cū Rn̄is. Iste hō perfecit. bb. vj Iste est de sublimibus. Sancte audoene cōfessor christi. Ad benedictus. ān. Ecce adest sancti audoeni. bb. v. ℭ Hermetis martyris. ā. Iste sanctus. aa. v.

Oratio.

Deus qui beatum hermetem martyrem tuum virtute constancie in passiōe roborasti ex eiꝰ imitatione tribue nobis / pro amore tuo prospera mūdi despicere: et nulla eius aduersa formidare Per. Commemoratio solita. Inuitatoriū. Iustus florebit. Lectio prima.

Quinto loco a btō petro apostolo romane vrbis ecclie / cathedrā sedit alexander papa sanctitate incōpabilis / iuuenis quidē etate sed senior fide. Hic prefectū vrbis

hermetē noīe cū vxore sua:et sorore z filijs baptizauit:cum mille ducētis quinquaginta seruis suis/cū vxorib⁹ filijsq3 quib⁹etiā multa cū ingenuos faceret:dona cōcessit. ℟. Hic est vere martyr. Lectio scda.

Cū aūt hec eius opa diuulgarentur/orta est seditio populi romani grauissima. Alij clamabāt/ viuus ardeat alexander. Et alij dicebāt. Hermes debet viuus incendi: qr tot milia a deo ꝑcultura auertit:fecitq3 eos z templa derelinquere:z deos claros in suis sedib⁹ vnūquēq3 cōfringere. ℟. Hic est vir q̄ nō est. lc. iij.

Cū hermes haberet in vinculis apud quirinū tribunū. Dicit ei quirinus. Miror te prudentē virū ad tantā fatuitatem ꝑductū3:vt credas extra istā vitā te aliqđ inuēturū cu3 cineres hūani corpis ita redigantur ad nichilū:vt nec ipsa ossa subsistant. Hermes dixit. Et ego āte istos duos annos deridebā istā assertionem : sed dei fret⁹ auxilio ad hoc perueni: vt ꝓbarē istam carnalē vitā esse vanissimam. ℟. Miles xpi. ā. Btūs vir qui inuēt⁹ ē Solita cōmeo. ¶ Augustini epi z cōfesso. In euāge. ā. In dieb⁹ augustini obsessa est ciuitas iponēsis ab exercitu barbaroꝝ:inter que mala fuerūt augustio lachrime sue panes die ac nocte:atq3 sub hoc euentu ad extremā horā veniens obdormiuit in pace. ps. Magt. Oro

Deus qui beatū augustinū eccłie tue i exponendis scripture sacre mysterijs doctorē optimū z electū antistitē ꝓuidisti:da nob3 ei⁹ semper z doctrinis instrui :z orone fulciri. Per. Inuitat. Unum deum. bb. iij. Lectio. i.

Augustinus ex parentibus honestis ꝓgenitus : in studijs liberalibus plenissime instructus z eruditus:ꝑ nouē ānos manicheorum errore detētus est . Anno vero vite sue quasi tricesimo per merita z orones matris sue:z ꝑ p̄dicationē sancti ambrosij ab illa heresi purgatus ab ip̄o baptizatus:z protinus spe3 oē3 quā habuit in sclo dereliquit z scolas etiam quas regebat. Lectio scda.

Cū aūt in ieiunijs z oronib⁹ trienniū trāsegisset:a sctō valerio licet inuitus est in p̄sbiterū ordinatus. Mox autem monasterium clericorum instituit: et cepit viuere secūdū regulā sub sanctis apłis constitutā. Sanctus aute3 valerius gaudens sibi datu3 hominē a deo:q̄ edificaret eccle

filiam suā: ꝛ vidēs eū idoneum cōtra vsum ecclie orietalis faciebat eū corā se p̄dicare i ecclesia: nō curās liguas detrahentiū dūmodo p augustinū fieret qd a se minꝰ plene posse fieri reputabat. Lectio.iij.
Timēs quoqꝫ ne sue ecclesie auferret ꝓcurauit ab archiepiscopo sue ecclie: vt preficeret i pastorē. Qd et factū est: licet modis oibꝰ reluctaret. Quo facto adeo hereticos libris ꝛ epistolis ꝛ disputatioibus debellabat: ꝙ ipi eidē psecutiōes grauissimas infere bant. Proinde viā eiꝰ aliquādo insidijs obseruauerūt: sed itineris errore seductū inuenire non potuerunt. Lec.iiij.
Porro vestes et calciamēta ꝛ lectisternia eiꝰ erant moderata ꝙ nec nimis erant nitida nec plurimū abiecta. Fert quoqꝫ dixisse: fateor de p̄ciosa veste erubesco: ꝛ ideo cū datur michi vendo eā: vt quia vestis cōis esse nō potest: preciū sit cōe. Mensa frugali ꝛ parca vsus est: ꝛ inter olera et legumina carnes ꝓpter infirmos etiā ꝛ hospites habebat. Lectio quinta.
In mēsa quoqꝫ lectionē aut disputationē sēp diligēs cōtra pestē detractiōis in ea ita scripsit. Quisqs amat dictis absentum rodere vitā. Hanc mēsam vetitā: nouerit esse sibi. Unde si forte detractio incidisset aliquando dicebat vt vel tacerēt vel ꝓsus illos deleret: aut de mēsa recederet.
Erga pauperes ꝓo tā lc.vj. pius erat: vt cum pecunia ad dandū sibi deficeret: hoc ipꝫ populo nūciabat. Uasa quoqꝫ dn̄ica ꝓpt indigentes frāgi ꝛ conflari iubebat et dari.
Lctō.vij. Scdm matheū.v.
In il.tpe. Dixit ie. dis.s. Uos estꝫ sal terre. Et reliqua.
Feminarū ꝓo nulla i domo eius māsit: nec etiā germana nec filie fratris: q̄ deo pariter seruierūt. Dicebat em̄ ꝙ ꝛ si de eis oriri non posset suspicio: tamē de alijs que ad ipas aduētarēt posset oriri. lc.viij.
Si ꝓo forte aliqua feminarum eū ad se vidēdū vrgeret: nunq̄ꝫ solus cū sola loq̄batur nisi secretū aliquod itéresset. Tanta etiā scripsit vt numerus librorū eius/tractatuū et epistolarū plusq̄ꝫ mille trigita fuisse dicūtur. Lectio.ix.
Tandē anno dn̄i quadringētesimo quadragesimo wādali vniuersam ꝓuinciā affrice deuastātes rapinis/ cede/ incēdijs: nulli sexui vel ordini vel etati parcebant. Sanctus ꝓo augustinꝰ ad extre-

mam peregrinatiōis sue hu-ius exilij veniēs horā: mem-bris oībus sui corporis inco-lumis īteger aspectu atq3 au-ditu:anno sue etatis septua-gesimosexto / episcopat⁹ aūt sui q̄dragesimo: corā positis fratribus ⁊ orantib⁹/migra-uit ad dominū. In euāge. āñ Adest dies celebris quo solutus nexu carnis augustin⁹ sctūs p̄sul assūpt⁹ ē cū āgelis: vbi gaudet cū ꝓphetis letat̄ cū ap̄lis: quoꝝ ple-nus spū q̄ predixerūt mystica fe-cit nobis quia:post quos scēa di spēsandi verbi dei prim⁹ refulsit gratia. ps Bñd⁹. Ad vespe.āñ. Hodie gl̄iosus pater augustin⁹/ dissoluta hui⁹ habitatiōis domo domū nō manufactā accepit i ce-lis: quā sibi cooperāte dei gratia manu ligua fabrefecit in terris: vbi qđ iam sitiuit internū/gustat eternū: decoratus vna stola secu-rus de reliqua. p̄ Mgt. ¶ Cō mēo. de decollatiōe scti ioan-nis baptiste. ā. Precursoris sū-mi regis cōstanter p̄coniū attol-lam⁹: qui eūdē regē multipliciter ꝓphetādo/p̄dicādo/ baptizādo / extulit inde: q᷑ ṽitatē reticere no luit capit᷑ abscisiōe martyr celos subijt. ℣. Gl̄ia ⁊ ho. Oro.

